DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

PARTICULÆ τοί EIUSQUE COMPOSITORUM APUD PLATONEM USU

QUAM

AD SUMMOS HONORES

IN UNIVERSITATE BASILIENSI

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

RITE OBTINENDOS

SCRIPSIT

FERDINANDUS KUGLER BASILIENSIS

TROGEN
TYPIS U. KUEBLERI
MDCCCLXXXVI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

PARTICULÆ *τοί* EIUSQUE COMPOSITORUM APUD PLATONEM USU

QUAM

AD SUMMOS HONORES

IN UNIVERSITATE BASILIENSI

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

RITE OBTINENDOS

SCRIPSIT

FERDINANDUS KUGLER BASILIENSIS

TROGEN
TYPIS U. KUEBLERI
MDCCCLXXXVI

Ex quo tempore antiquitatis studiis redintegratis viri docti operibus Platonis operam navare cœperunt et ei præcipue quaestioni se accinxerunt, qua ratione Platonis dialogi in ordinem referri possent, priores (Schleiermacher, C. F. Hermann, Steinhardt, Susemihl, Munk, Grote) rationes ex argumentis dialogorum et philosophia quærentes in periculo fuerunt, ne illud vitium eis accideret, quam „petitionem principii" philosophi appellant, cum anticipato in mentibus quodam capite et fonte, ex quo Platonis disciplinam contuerentur, seriem dialogorum constituerent, ex qua serie rursus concluderent, qua ratione disciplina fundata et exstructa esset. Aliam viam primus indicavit *Blass* (att. Beredsamkeit II p. 426 e. q. s.) qui notavit, legem illam, quam statuit Isocrates, hiatus vitandos esse, respectam quidem esse in Phædro, diligenter autem observatam in Legibus, Philebo, Timæo, Critia, Sophista, Politico; quare vir doctissimus philologos animum attendere iussit, num quid ad illam quæstionem absolvendam effici posset ex vario in singulis dialogis genere dicendi. Qua in via primus eum secutus est *Dittenberger;* qui cum arbitratus esset ad hanc quæstionem diiudicandam præcipue ansam dare eas sermonis partes, quæ auctori ut ita dicam ultro se offerrent et quibus auctor quasi sui non conscius in scribendo uteretur, particulis colligendis operam dedit, et cum invenisset μήν particulam in Convivio, Lyside, Phædro, Theæteto, Parmenide, Philebo, Sophista, Politico, Legibus crebrius usurpari quam in dialogis, qui antea conscripti sunt, et in his solis coniungi cum γὲ et τί, præterea etiam inter hos usum in Parmenide, Philebo, Sophista, Politico, Legibus crebriorem esse quam in Convivio, Lyside, Phædro, Theæteto, ex his rebus conclusit, inter hoc tempus, quo dialogi quos enumeravi scripti essent, et illud quo ceteri, magnum intervallum intercessisse, quo Plato primum in Siciliam iter fecisset, præterea Parmenidem, Philebum, Sophistam, Politicum, Leges a ceteris secernendos et ultimo vitæ tempori attribuendos esse (cf. Hermes XVI 1881 p. 321 e. q. s.). Quibus conclusionibus num fides habenda esset, in dubium vocavit *A. Frederking*

(„zur Chronologie der platonischen Dialoge", Fleckeisens Jahrb. 1883) cum negaret ex crebriore aut rariore usu particulæ aliquid effici posse, quia ad varia dicendi genera multum valeret, et quæ singulorum librorum argumenta et quousque perfecti et elimati essent; quam rem ut probaret, singularem illam rationem attulit, qua particula *τὲ* in quibusdam dialogis usurparetur, nempe ita, ut eam neque *καί* neque *οὔτε* neque aliud *τὲ* sequeretur, et collectis locis conclusit, in Phædro similem dictionem reperiri atque in Timæo, Critia, Legibus, id quod in Dittenbergeri conclusiones minus quadrat. Tamen A. Frederking persuasum habet, si certi quid de ordine dialogorum statuere volueris, omnem curam diligentiamque in diversitate sermonis ponendam esse. Ei autem qui Dittenbergeri rationem sequeretur, ex sententia eventum quæstionis procedere demonstravit *Adalbertus Roquette,* qui vestigia viri illius doctissimi secutus collectis particulis in vitam Xenophontis et in ordinem librorum qui nobis traditi sunt, diligenter inquisivit eaque effecit quæ infra afferam.

Aliam viam quæ item non ad philosophi disciplinam pertinet secutus est *H. Siebeck,* quem hanc de ordine librorum quæstionem philologis absolvendam in scholis suis tradidisse commemini; qui de his locis disputavit, ubi scriptor iisdem verbis quæ in superiore dialogo scripserat, in posteriore utitur aut eum qui legit ad dialogos, quos antea confecerat, delegat.

Quorum virorum doctorum exempla imitatus cum mihi de usu particulæ *τοὶ* agere proposuissem, hanc rationem ineundam esse putavi, ut primum quomodo hæc particula usurparetur describerem, deinde exponerem quid ex vario in singulis dialogis usu colligi posse censerem. Qua in re Dittenbergeri vestigia secutus mittendos esse censui eos dialogos, qui ex virorum doctorum consensu spurii habentur, i. e. utrumque Alcibiadem, Alcyonem, Demodocum, Epinomida, Erastas, Eryxiam, Hipparchum, Hippiam maiorem, Ionem, Clitophontem, Menexenum, Minoem, Sisyphum, Theagem, de virtute, de iusto; neque epistulas quæ dicuntur Platonis ad hanc disputationem adhibendas esse arbitratus sum, quippe quæ a plurimis viris doctis spuriæ habeantur; quarum quidem septimam vir doctissimus H. Siebeck secutus Hermannum genuinam habendam esse in scholis professus est. Contra ex ceteris huius temporis scriptoribus pedestris orationis quæ ex re esse ratus sum attuli. Quod ad rem criticam et diiudicandos locos

dubios pertinet, cum mihi ex optima Schanzii editione quædam tantum volumina præsto essent, in ceteris autem dialogis in editione Stallbaumiana, in qua incuriosius de his rebus agitur, starem necesse esset, certa de variis lectionibus proponere potui tantum in Euthyphrone, Apologia, Critone, Phædone, Cratylo, Theæteto, Euthydemo, Protagora, Charmide, Lachete, Lyside, Convivio, Phædro, Gorgia, Menone, Hippia minore, sex prioribus Legum libris. In quærendis locis cum quam diligentissime caverim ne quis me effugeret et in diiudicandis quam maxime elaboraverim atque contenderim ut similia similibus componerem, si tamen falsum quid irrepserit, venia danda iuventuti.

DE VI PARTICULÆ *TOI.*

Postquam *Devarius* in libro suo de Græcæ linguæ particulis (ed. Klotz p. 207) recte constituit, particulam *τοὶ* habere vim affirmativam seu confirmativam, porro particulam *τοίνυν* esse „illativam conclusionis", neglecta tamen quæstione, unde hæc diversitas significationis orta sit, *Hartung* se huic quæstioni accinxit (Lehre von den Partikeln der griech. Spr. II p. 337 e. q. s.) et comparata lingua Sanscritica et Gotica, quibus in deductionibus eum sequi non possum, statuit, *τοὶ* particulam esse casum pronominis demonstrativi et habere proprie vim restringendi, deinde *τοὶ* conclusivum esse idem quod Homericum *τῷ* et exstare in *τοιγάρ, τοιγαροῦν, τοιγάρτοι.* Alia est sententia *Klotzii* (annot: II p. 735 e. q. s.) qui dicit: „*τοί* est idem quod *τῷ* vel *τινί* et significat ‚aliquo modo', ‚nescio quo modo'. hoc autem ‚nescio quo modo' accepit vim affirmationis, quia, si quid esse asseveramus, etiamsi quo modo sit definire non possumus, eo tamen rem in maiorem modum affirmare videmur, si dicimus esse aliquid aliquo modo."

Ab his differt id quod contendit *Nægelsbach* (Anmerk. z. Ilias: Excurse p. 175—195) quem secutus est *Bæumlein* (Untersuch. üb. griech. Part. p. 235 e. q. s.), qui ex illo generi dicendi, quod reperimus in Homero, demonstravit, *τοὶ* esse nihil aliud ac dativum singularem pronominis personalis II p.; nam cum multis locis dubitari possit, utrum particula exstet an pronomen, tum paucissimis locis exceptis in sermonibus alternis invenitur particula, ubi allocutio esse potest; qua allocutione cum is qui loquitur effici vellet, ut quæ diceret ei cui diceret quam maxime cordi essent, vis affirmativa enata est, qua affirmatione poeta utitur aut in consolando aut in docendo aut in consilio dando q. s. s. Qui dativus *τοὶ* quum iam apud Homerum aliis particulis coniungeretur, mox particulæ vi et ipse indutus est, sic ut eam apud Atticos reperimus.

Iam alia exsistit quæstio, utrum particulam *τοίνυν* huic quam modo tractavimus particulæ *τοὶ* affirmativæ an illi consecutivæ attribuendam esse dicamus. Certe ut *τοιγάρ, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν*

ita *τοίνυν* est *συλλογιστικόν*, sed ab his eo differt, quod non in initio enuntiati ponitur. Quare Hartung eam ad *τοὶ* affirmativam referendam esse et vim conclusivam in particula *νῦν* inesse vult, quam in ea latere neque ille bene probat neque mihi persuadere possum; cum Bæumleinio igitur facere maluerim, qui causam cur *τοίνυν* altero enuntiati loco ponatur hanc esse dicit, quod, cum *τῷ*, *τοιγάρ*, *τοιγάρτοι*, *τοιγαροῦν* particulis certa et gravis conclusio inferatur, *τοίνυν* levius quoddam consequens denotet, qua re etiam usus *μεταβατικός* explicetur.

Duæ igitur discernendæ sunt particulæ *τοί*

I. *τοὶ* encliticum affirmativum; quod exstat in *οὔτοι*, *γέ τοι*, *δή τοι*, *δέ τοι*, *ἀλλά τοι*; *ἤτοι*, *γάρτοι*, *καίτοι*, *μέντοι*

II. *τοί συλλογιστικόν*, quod exstat in *τοίνυν*, *τοιγάρ*, *τοιγάρτοι*, *τοιγαροῦν*.

I.

DE *TOI* AFFIRMATIVO EIUSQUE COMPOSITIS.

1. *TOI.*

Si particula τοὶ ex illo dativo ethico sive potius, quod dicit Bæumlein, „dem familiären Dativ", pronominis secundæ personæ orta est et proprie significat: „sag' ich Dir", sequitur, ut asseveratio, quam efficit, cum quodam affectu coniuncta sit; qua re etiam differt a μήν et ἦ et illo ex μήν et τοὶ coniuncto μέντοι, quæ denotant, ea quæ dicuntur ab eo qui loquitur ita sentiri, uti profiteatur, quum τοὶ contra semper affectus indicium sit, id quod fit, aut si is qui loquitur eum quem alloquitur ad suam sententiam accipiendam compellere vult, aut si is qui in argumentando eo quo voluit se pervenisse videt gaudet, aut si, cum minus convenienter sive cum moribus alicuius personæ sive cum contextu et perpetuitate sermonis aliquid dictum sit, is qui loquitur indignari videtur, quod omnino talis sententia proferri potuerit. Omnia huius affectus genera enumerare longum est, quum alius locus aliud præbeat: exempla afferam:

Gorg. 454 b: postquam Gorgias definivit, rhetoricam esse πειθοῦς δημιουργόν, Socrates multis ambagibus eum adduxit, ut subtilius definiret: ταύτης τῆς πειθοῦς λέγω, τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις καὶ περὶ τούτων ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα. tum Socrates gaudens: καὶ ἐγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθώ e. q. s. sive *Theæt. 190 b*: ἀναμίμνησκου δὴ εἰ πώποτ' εἶπες πρὸς σεαυτόν, ὅτι παντὸς μᾶλλον τό τοι καλὸν αἰσχρόν ἐστιν, ubi Socrates eum qui talia proferre vellet, amentiæ convincit.

sive *Apol. 29 a:* δεινὸν τἂν εἴη, ubi Socrates cum indignatione negat, se umquam contumacem esse potuisse contra deum.

τοὶ exstat post pronomina personalia

primæ personæ: Hipp. 369 d, et præcedente ante pronomen καὶ: Euthyphr. 5 c; Charm. 172 e; Gorg. 454 b.

secundæ personæ: Prot. 316 b (τοὶ apogr., τι *BT*).

post demonstrativa: Lach. 195 a; Respubl. VIII 547 a. Ex causa, quæ supra allata est, conclusio efficitur verbis: *τούτου τοι ἕνεκα*: Phædr. 272 b; *τούτων τοι χάριν*: Resp. VI 499 b; *διὰ ταῦτά τοι*: Lys. 211 b; *τῷ τοι*: Theæt. 179 d (*B*, *τοῦτο T* ut videtur); Soph. 230 b.

In pronuntiatum causale quod sequitur præparat *τοῦδ' ἕνεκά τοι* Pol. 264 d.

Ponitur inter articulum et substantivum: Theæt. 190 b; Soph. 261 c; Conviv.: 219 a. singularis est positio in interrogatione: Phil. 48 b: *τό τοι νῦν δὴ ῥηθὲν ὄνομα.. πότερα θήσεις, ..*;

post adiectiva et adverbia: Apol. 29 a (BDF, *μεντ' ἂν* E); Phæd. 63 a; Theæt. 168 e; Phil. 28 b; Conviv. 218 e; Charm. 155 b; Gorg. 499 b; Resp. II 365 e, X 596 a; Legg. VIII 837 d, IX 859 e.

post verba: Phæd. 66 b; Theæt. 177 b; Soph. 238 e; Gorg. 452 b.

In initio enuntiati causalis positum, causam affert, quæ per se intellegitur:

ἐπεί τοι semper addito *καί*: Theæt. 142 b; Charm. 154 e, 162 b; Resp. VIII 567 e.

ὅτι τοι: Resp. I 343 a.

Præcedente particula *μέν*, sed ita, ut *τοὶ* cum illa non componatur, sed utraque suam vim retineat, cum *μέν δέ* quod sequitur præparet, *τοὶ* autem affirmativam vim habeat, duo sunt loci Legg.: IV 704 d, VIII 842 a. Hoc etiam negative invenitur *οὐ μέν τοι* Resp. V 473 c.

Annotationes criticæ: Cum ad rem criticam perveniam, brevitatis causa ad codices designandos iisdem literis utar, quibus Schanz i. e. litera A denoto Parisinum, B Bodleianum, C Crusianum, D Venetum 185, E Venetum 184, F Vaticanum 1029, T Venetum append. class. 4 cod. 1, recentiores eorum manus: a, b, c, d, e, f. Cetera de codicibus vide Schanzii edit. vol. I præf.

Phæd. 65 d: BC *φαμὲν μέντοι νὴ Δία*, E *τοὶ*. Si verbo repetito responsio aiens efficiatur, affirmationis particulam semper *μέντοι* esse infra multis exemplis illustrabitur; quare hic cum melioribus codicibus *μέντοι* scribendum est.

Euthyd. 285 c: *οὔκουν σύ τἂν ἀποδείξαις* codd., *γ' ἂν* Heindorf.

Contra codicum fidem hoc loco cum Heindorfio faciendum esse puto. Unus enim tantum præter hunc apud Platonem exstat locus,

ubi *τοὶ* post pronomen secundæ personæ invenitur Prot. 316 b, ubi pronomini vocativus præcedit. Similes loci sunt Arist. av. 406: *ἰὼ ἔποψ, σέ τοι καλῶ* et Plut. 1100: *σέ τοι λέγω, ὦ Καρίων* et Eur. Or. 578: *σύ τοι φυτεύσας θυγατέρ᾽, ὦ γέρον, κακὴν ἀπώλεσάς με.*

Aliis locis pronomen secundæ personæ quod *τοὶ* sequitur repetitur velut Soph. Ai. 1226: *σὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ᾽ ἀγγέλλουσι μοι τλῆναι καθ᾽ ἡμῶν ὧδ᾽ ἀνοιμωκτὶ χανεῖν; σέ τοι, σὲ τὸν τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω* . . . et El. 1445: *σέ τοι, σὲ κρίνω, ναὶ σὲ, τὴν ἐν τῷ πάρος χρόνῳ θρασεῖαν* . .

Aliis locis, ubi repetitio non exstat, vere *ἐμφατικῶς* aliquis appellatur, ut Eur. Ion. 219, *σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν καλῶ*, quibus verbis persona quæ nondum egerat in scenam producitur et Soph. El. 582: *εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ᾽ ἄλλου, σύ τοι πρώτη θάνοις ἂν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις* et apposito invocationis signo *ὦ* Arist. av. 274: *οὗτος ὦ σέ τοι* . . .

Ab his omnibus locis, quibus omni asseveratione affirmatur, ea quæ dicantur ad eandem illam personam quæ appelletur pertinere neque ad alium quemquam, noster Euthydemi locus hoc differt, quod vis allocutionis *τοὶ* particula non augetur, sed hoc *σύ* alteri præcedenti *ἢ σύ, ὦ Διονυσόδωρε* e. q. s. opponitur, quæ oppositio per *τοὶ* fieri non potest, quippe quæ particula tantum affirmandi vi induta sit.

Euthyd. 287c: *ἀλλ᾽ ὃ σὺ λέγεις, ἔφη, τούτῳ γ᾽ οὐ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι* sic Badham, *τούτῳ τῷ* B T, *τοῦτο τὸ* Aldina, *τούτῳ* Schleiermacher, *τούτῳ τοι* Sauppe. Lectio codicum et Aldinæ inanis est; si *τοὶ* post pronomina demonstrativa ponitur, semper in initio enuntiati exstat neque usquam post protasin enuntiatum primarium a demonstrativo, quod *τοὶ* sequitur, incipit. præterea sententiæ causa negationem requirimus, quia tali iactatione mores sophistæ lepidissime depinguntur.

Phaed. 66 b: præbent B E *κινδυνεύει τοι*, C *τις*. F omisit *τις*; cum *τὶς* in perpetuitatem sermonis non quadret, secundum meliores codices *τοὶ* scribendum est. Hunc locum autem attuli, ut exemplo demonstrarem, quæ fides editioni Wohlrabianæ habenda sit, quæ perhibet in Bodleiano *τις* reperiri.

Gorgias 452 b: B T *θαυμάζοιμι τ᾽ ἂν*, quod viris doctis offensioni erat; quare Cobet *μέντἂν*, Heindorf *ἄν*, Coraës *γ᾽ ἂν*, coniecerunt; sed primum dicendum est, in librorum B T consensu

omnem rem criticam stare, deinde etiam Apol.: 29 a a libris B, D, F, τἂν exhibetur neque ulla est causa, cur non veluti μέντοι ἂν in μεντἂν, γάρ τοι ἂν in γάρ τἂν (Xen. Cyr. IV. 2. 46), sic τοι ἂν in τἂν coniungantur.

Prot. 321 d: ἀμήχανον γὰρ ἦν, ἄνευ πρὸς αὐτὴν κτητήν τῳ
οι
καὶ χρησίμην γενέσθαι B, κτητήν τῳ T. Illa vis non inest verbo κτητήν, quam habet apposito τοὶ. Præterea si τοὶ post adiectiva vel adverbia ponitur, hæc uno tantum (Legg. IX 859 e) loco excepto in initio enuntiati exstant, et quod de collocatione verborum scriptor in Legibus sibi indulserit, sibi non indulsisse in prioribus dialogis sat multis exemplis cognoscemus.

Duobus locis *Euthyphr. 2 b* et *Phæd. 57 a* libri præbent: Euth. 2 b: αὐτός πάνυ τι B, C, D, τοι E; Ph. 57 a: οὐδεὶς πάνυ τι B, C, D, E, τοι e, ubi lectio meliorum codicum retinenda est, quod πάνυ τοι nusquam exstat, πάνυ τι Plat. Lys. 204 d, Xen. An. V 9 26, Cyr. I 6 21, Hellen. V 4 45 alibi.

Heindorf præterea tribus locis contra librorum auctoritatem τοὶ coniecit:

Phæd. 73 b: ἔπειτα ἐάν τις ἐπὶ τὰ ... B, C, D, E, Heindorf ἐπεί τοι ἐάν .... contra eum H. Schmidt krit. Com. I p. 36 docet, hoc ἔπειτα referendum esse ad μὲν quod præcedit, ita ut fere respondeant latinorum cum ... tum ... Peipers phil. Anz. 1871 p. 350 ita illud excusat, ut dicat Cebetem, cum rem accuratissime explicare studeat, postquam eius causam quandam attulerit, ita pergere eam declarare, ut pro altero argumento exemplum proferat. Addendum est, talem usurpationem qualem Heindorf proponit neque Platonicam esse neque alias usitatam, cum semper ἐπεί τοι particulæ tale enuntiatum incohent, quo responsa brevia ei antecedentia dilatentur et accuratius explicentur: qua de causa semper ἐπεί τοι καὶ invenitur. Hoc idem valet in Eur. Med. 675: μάλιστ᾽, ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός et Androm. 89: ἀλλ᾽ εἶμ᾽, ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος. Sine καὶ exstat Suppl. 881: ἔχθαιρ᾽, ἐπεί τοι γ᾽οὐδὲν αἰτία πόλις, sed hic tradit Grotius ex manuscripto procul dubio ἐπεί τοι κοὐδέν; quod Porson defendit, cum dicat: „existimo Atticis non licuisse γὲ post τοὶ ponere nisi alio vocabulo interiecto." Præterea ἐπεί τοι apud pedestris orationis scriptores perraro exstat et id quidem sine καί: Xen. Conv. 3 4 et apud Demosthenem in eadem repetita

*

sentientia IV 2 et IX 5, ubi per ἐπεί τοι causa infertur, quæ ex iis quæ supra commemoravit iam præclare elucet. Similis est particulæ collocatio post brevem interrogationem Resp. I 343 a ὅτι τοι.

Alter Heindorfii locus est *Cratyl.* 404 d: ubi libri: δι᾽ ὅπερ καὶ σύνεστι αὐτῇ ὁ Ἅιδης, σοφὸς ὤν, διότι τοιαύτη ἐστίν. In prioribus dictum est, Proserpinam nomen cepisse ex sapientia, et pergitur: „qua de causa etiam Pluto cum ea coniungitur, sapiens vir, quia illa sapiens est.“ Hanc sententiam illis verbis non satis accurate expressam esse ratus, Heindorf coniecit διότι τοιαύτη αὐτή ἐστιν sive διότι τοι καὶ αὐτή ἐστιν. Mihi persuadere non possum, scriptorem hoc enuntiatum ita premere voluisse, ut premitur, si Heindorfii coniecturam accipimus, cum modo explicatio vocabuli δι᾽ ὅπερ, a quo enuntiatum incipit, eo contineatur, neque talem breviloquentiam, qualem lectio librorum præbet, offensionem habere puto. Contra διότι τοι nusquam alibi exstat.

Tertius locus est *Cratyl.* 414 a: ἀπὸ τῆς θηλῆς τι, Heindorf θηλῆς τοι. Certe hoc loco contra usum Platonicum non peccat, tamen coniectura non opus est. Hoc enim in dialogo τοὶ nusquam ita usurpatur, ut vocabulum a quo alterum derivatur τοὶ particula prematur, et hoc τὶ optime suum locum tenet, cum Socrates derivationes suas non certas sed tantum verisimiles haberi vult.

---

2. *ΟΥΤΟΙ.*

Ut τοὶ in enuntiatis positivis cum affectu affirmat, ita οὔτοι in negativis negationis vim auget.

Exstat in initio enuntiati solum: Phædr. 260 a: Lach. 180 d: Euthyd. 273 d; Prot. 360 e; Resp. I 345 a, IV 423 d.

οὔτοι μὲν οὖν Phædr. 271 b.

οὔτοι δὴ Crit. 43 d.

οὔτοι δή—γε Euthyphr. 2 a: Crat. 438 d: Legg. II 656 c.

cum ἀλλὰ coniunctum eius vim adversativam auget: Gorg. 450 e: ἀλλ᾽ οὔτοι—γε.

Adnotatio: *Lach.* 182 b præbent libri: ὅτ᾽ ἂν B, οὔτ᾽ ἂν T, οὔτ᾽ ἄρ᾽ Badham, οὔ τἂν Hermann, Schanz. Cum verba ἂν πάθοι sequantur, quo fit ut ἂν bis exstet, si codicum lectiones aut

Hermanni coniecturam accipimus, amplectendum esse puto id quod Badham proposuit.

μήτοι non addita particula γὲ exstat semel in enuntiato adhortativo Resp. IV 438 a.

Insequente γὲ sed ita ut vocabulum inter τοὶ et γὲ intericiatur,

cum infinitivo: Phil. 67 a; Resp. I 352 c, III 388 b, c.

in enuntiato finali: Theæt. 168 e.

---

3. ΓΕ ΤΟΙ, ΔΗ ΤΟΙ.

Quod ad usum particularum γέ τοι pertinet, facere non possum, quin dissentiam cum Klotzio, qui dicit eas talem affirmationem denotare, quæ oppositionem in se habeat (de part. II 346). Immo loci quales sunt Crat. 416 d (δεῖ γέ τοι), Meno. 89 b (εἰκός γέ τοι), Hipp. 367 b (ναί, ἐλέγχθη γέ τοι καὶ τοῦτο), ubi his quæ attuli verbis ad interrogationem quæ prægreditur respondetur neque ullum oppositionis vestigium apparet, demonstrant, hanc vim his particulis per se non inesse. Earum usus differt a simili particulæ μέντοι, quod hæc in responsionibus aientibus tantum ponitur, si ex interrogatione vocabulum repetitur aut si responsum datur locutione: ἀληθῆ λέγεις, ἀληθῆ ἀγορεύεις ss.

Præter eos quos commemoravi locos γέ τοι exstat: Crat. 393 b; Charm. 159 b; Lach. 200 d; Gorg. 447 b; Euthyd. 274 a, 298 e (ἔγωγέ τοι); Resp. VIII 545 c; quibus omnibus locis particulæ in initio enuntiati primarii positæ sunt; aliter Legg. X 901 a, ubi in enuntiato relativo exstant.

Addita particula ποὶ efficitur, ut responsio aiens aliquam dubitationem habeat, id quod optime cognoscitur ex Legg. X 888 e, qui solus est locus, quo in Platone hæ particulæ coniunctæ reperiantur. Atheniensis ille, qui loquitur, post longiorem dissertationem ait: „Mira nobis sententia incidit, i. e. id quod vulgo creditur sapientissimum esse.“ Respondet Clinias: „Accuratius expone.“ Tum Atheniensis: „Dicunt omnes res aut fieri aut factas esse aut futuras esse, alias natura, alias forte, alias arte.“ Tum Clinias: „Nonne recte?“ Respondet Atheniensis: „εἰκός γέ τοί που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν· ἑπόμενοί γε μὴν αὐτοῖς

σκεψώμεθα e. q. s." „verisimile sane est, sapientes viros recte loqui; secuti autem eos videamus, quid putaverint."

Contra addita particula *δή* significatur, nihil dubii aut incerti in animo eius qui loquitur relictum esse. Confer locum ex Soph. Oed. Reg. 1171: Oedipus ex nuntii et servi vocibus illud occultum terribile fatum suum opinatus, postquam comperit, illem expositum infantem ex Laii domo fuisse, pergit quærere, num ipsius Laii puer fuerit; tum servus, cum Oedipus interrogare instaret: *κείνου γέ τοι δὴ παῖς ἐκλῄζεθ᾽* ..." „sine dubio eius puer appellabatur." Idem est usus apud Platonem: Crito 44 a; Phædr. 264 b; Resp. V 476 e, VI 504 a.

Adnotatio: Euthyd. 274 a præbent libri: *ἐπ᾽ αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν*; Heindorf coniecit: *ἐπ᾽ αὐτό γέ τοι τοῦτο*. Quamquam coniecturis huius viri docti non semper fidem habendam esse demonstravi, tamen hoc loco eum sequendum esse puto, permotus similitudine loci Gorg. 447 b, ubi iisdem verbis addito *τοὶ* scriptor utitur, præsertim quod genus dicendi in duobus dialogis multis in rebus simile est. Contra reiciendam censeo Badhamii coniecturam *Phædr. 264 b.*, qui pro *ἔστι γέ τοι δή* positum vult *ἔστι γέ τοι ἤδη*, quod non ex usu Platonico est.

Cum particulis *γέ τοι δή* responsum instituatur, de cuius veritate dubitari non potest, *δή τοι* particulæ eandem vim habent in exclamatione, cum *δή τοι* conclusionem inducat, quæ ex iis quæ præcedunt per se elucet. Hoc fit: Phædr. 242 c.; Resp. II 366 c; Tim. 26 b, ubi semper *ὡς* prægreditur.

δή τοι — γε autem apud Platonem pæne simili modo usurpatur in responsione quo *γέ τοι δή* Prot. 311 e. Eo differt, quod unum tantum vocabulum premitur h. l. *σοφιστήν*, quum *γέ τοι δή* ad totum responsum pertineat. Similis Protagoræ locus est Thuc. II 41 3: *οὐ δή τοι—γε*.

4. ΔΕ ΤΟΙ, ΑΛΛΑ ΤΟΙ.

Cum particulis adversativis coniunctum τοὶ adversationem, quæ his inest, auget.

δέ τοι duobus tantum locis exstat: Theæt. 184 d; Lys. 211 c.

Si ἀλλά τοι nullo interposito vocabulo exstat, τοὶ ad totum enuntiatum spectat, adversandi vim augens; veluti Theæt. 171 c: ex iis quæ supra explicuerat Socrates conclusit: „Ergo cum veritas Protagoræ ab omnibus in dubium vocetur, nemini vera est, neque alii cuiquam neque ei ipsi.“ Respondet Theodorus: „Nimis opprimis socium meum.“ Tum Socrates: „At vero incertum est, an etiam veritatem prætereamus.“ Similes sunt loci: Soph. 231 c; Prot. 335 b; Gorg. 461 c; Resp. V 474 a; VI 496 e.

Interposito autem vocabulo inter ἀλλὰ et τοὶ hoc magis premitur veluti Gorg. 461 e: Socrates Polum postquam adhortatus est, ut breviloquentiæ studeret, ille stomachans interrogavit, nonne sibi liceret orationem producere quo vellet. Tum leniter cavillans Socrates: „Indigna patiaris, si, cum Athenas veneris, ubi plurima libertas loquendi est, tu unus eius expers sis; ἀλλ᾽ ἀντίθες τοι: at considera saltem tecum!“ e. q. s. Idem exstat: Conviv. 207 c; Resp. VI 499 e. Negatio interponitur:

ἀλλ᾽ οὐδέ τοι Resp. III 395 b.

ἀλλὰ καὶ–τοι Phædr. 274 a.

Cum apud Xenophontem particulam τοὶ eodem modo quem supra descripsi usurpatam inveniamus, longe alia est eius ratio atque usus apud oratores, magis circumcisus scilicet et angustior. Exstant:

ἐπεί τοι duobus quos supra commemoravi Demosthenis locis (IV 2, X 5) et in duabus spuriis Lysiæ orationibus (VI 39, VIII 18)

οὔτοι: Dem. III 20; IV 18.

δέ τοι: Isæ. XI 4.

τοὶ: Andoc. I 3.

Ceteri qui exhibentur loci dubitationem movent. Demosth. VIII 23: ὑμεῖς μέν τοι Σ, μὲν τοίνυν b. Cum libro b facio,

quia aliter hoc enuntiatum cum priore non coniunctum est et τοὶ post pronomina secundæ personæ tantum ponitur, si pronomen aut cum vocativo coniunctum est aut repetitur aut vere ἐμφατικῶς usurpatur; hoc autem loco simplex antithesis exstat, quæ ὑμεῖς μὲν – ἐγὼ δὲ oppositis satis denotatur; præterea omnibus quos attuli locis τοὶ pronomen sequitur nulla interposita particula. Similiter VIII 27 ἀμείνους μὲν τἂν Σ, μεντἂν b, sine dubio lectio libri b sequenda est, quia huic μὲν nullum δὲ respondet.

Hæc de aliis pedestris orationis scriptoribus.

---

5. *ΗΤΟΙ.*

Si τοὶ cum ἤ . . ἤ disunctivo coniungitur, semper priore loco ponitur (ἤτοι . . ἤ); posteriore positum non exstat nisi in ea oratione, in qua alia particula disiunctiva præcesserit nulla (Klotz II 611); eius usus apud Platonem hic est.

ἤτοι . . ἤ: Phæd. 68 c, 104 b; Cratyl. 398 d (καὶ ἤτοι), 408 d (καὶ – ἤτοι), 409 d (καὶ–ἤτοι), 420 b (δὴ ἤτοι), 427 e; Theæt. 188 a, 196 c (δὲ ἤτοι); Parm. 138 c, 150 a; Phil. 61 a, 65 d; Phædr. 242 b; Prot. 339 d, 341 a; Gorg. 475 b; Hipp. 376 a; Resp. I 330 e, V 453 d; Legg. X 898 c, XI 935 b.

Idem in enuntiato interrogativo; Theæt. 189 e (οὐ); Parm. 131 a (οὐκοῦν); Gorg. 474 d (οὐχί); Men. 85 d (ἆρ᾽ οὖν οὐ), 89 a.

ἤτοι–γε . . ἤ: Phæd. 76 a; Prot. 331 b; Gorg. 460 a;

idem in enuntiato interrogativo: Apol. 27 d (οὐχί); Theæt. 189 e.

ἤτοι . . . ἢ . . . ἤ: Gorg. 475 a, 477 c; Parm. 145 b.

idem in interrogatione: Crat. 416 c (οὐκοῦν); Gorg. 467 e (οὐχί), 475 b (οὐκ), 478 b (οὐκοῦν); Resp. III 392 d (ἆρ᾽ οὖν οὐχί), IV 437 c (οὐχί).

ἀλλ᾽ ἤτοι . . ἤ; Phæd. 103 a; Prot. 348 b.

ἤτοι posteriore loco cum alio ἤ non coniunctum: Resp. I 344 e (γὲ), III 400 c, IV 433 a.

Ubi tria membra disiunguntur, tertium est ἀμφότερα; Cratyl. 416 c; Gorg. 475 a, b, 477 c, 478 b; Resp. III 392 d. μεταξύ:

Gorg. 467 e. μικτοῦ: Parm. 145 b; tertio ab iis quæ præcedunt alieno adicitur particula αὖ: Resp. IV 437 c.

Adnotatio: *Prot. 339 d.* codices præbent: ὥστε ἡγοῖτο πότερον ἢ ὕστερον B (in margine vitii nota), ὥστε (sequitur rasura, ex rasura) ἡγοῖτο πότερον ἢ ὕστερον T, ἤτοι τὸ t, quod fortasse ante rasuram etiam T præstitit, ex emendatione T πρότερον. Cum iis, quæ præbet Bodleianus, nulla sententia subiecta sit, ad emendatam libri T lectionem refugiamus necesse est: ὥστε ἤτοι τὸ πρότερον ἢ ὕστερον οὐκ ὀρθῶς λέγει, quæ optime in contextum orationis quadrat.

Cratyl. 420 b. δόξα δὲ ἤτοι B T, δὴ ἤτοι Laurentianus 85, 17, δή τοι Schanz. Cum Schanzio duabus de causis non consentio, primum quod mihi hoc δή τοι cum usu Platonis congruere non videtur — supra enim demonstratum est, δή τοι uno loco Prot. 311 e in responso cum γὲ coniunctum exstare, ubi his particulis mihi indicari videtur, responsum tale esse, quale quomodo iam reddatur, cum ceteri omnes tum is qui interrogat cognitum habeat: etiam in exclamationibus ab ὡς δή τοι incipientibus conclusio infertur, quæ ex iis quæ præcedunt per se elucet; nostro autem loco quæstio de vocabulo δόξα constituitur, de quo unde ortum sit duæ sententiæ aperiuntur, quarum cur alteram amplectatur rationibus non exponitur — deinde ante hoc τῇ διώξει particula disiunctiva mihi opus esse videtur, quæ ἢ τῇ τοῦ τόξου βολῇ indicet, quia hæc verba proxima alias parum cum iis quæ prægrediuntur coniuncta sunt. δὲ ἤτοι autem poni non potest, quia fieri nequit, ut responsum quale hic exstat, quo aliqua res accuratius explicatur, a particula adversativa incipiat. Restat Laurentianum δὴ ἤτοι, quod quam aptissime usurpatur ad responsum introducendum; cf. in eodem dialogo 413 d ἄκουε δή, ubi ab hac particula dissertatio quædam incipit.

Usus particulæ ἤτοι apud ceteros huius temporis scriptores pedestris orationis haud frequens est. Exstat apud Xenophontem: Memor. III 12 2, IV 6 13; Cyrop. IV 5 22.

Andocidem: II 2.

Demosthenem: XXII 32.

Isocratem: XV 33.

Non invenitur apud Lysiam neque apud Isæum.

---

6. ΓΑΡΤΟΙ.

Si *τοὶ* cum particula *γάρ* coniungitur, causam, quæ per *γάρ* particulam infertur, sua affirmandi vi premit.

Exstat his locis: Euthyphr. 3 c; Apol. 25 c, 29 a; Phæd. 60 c, 108 d; Conviv. 205 b, 212 e; Phædr. 297 c, 263 d; Lach. 200 c; Euthyd. 275 e, 293 e, 295 a (*εἰ γάρτοι*); Prot. 310 c, 340 e, 349 e; Gorg. 455 b, 458 b, e, 484 c, 488 c, 492 e, 505 d, 506 a; Hipp. 364 d, 372 e: Resp. I 331 a, VII 535 b, IX 578 c, X 595 c; Legg. IV 708 e, VII 817 d.

καὶ γάρτοι: Euthyphr. 3 c; Gorg. 498 e.

Singularis est usus particularum *οὐ γάρτοι ἀλλὰ — γε* coniunctarum. Unus locus est *Euthyd. 305 e.* Sermo est de iis viris, qui, cum pariter philosophiam et rei publicæ administrandæ scientiam attingant, se sapientissimos esse dicant, quia, cum utriusque participes sint, sine periculis sapientia fruantur. Tum Critias: *τί οὖν: δοκοῦσί σοι τὶ, ὦ Σώκρατες, λέγειν: οὐ γάρτοι ἀλλ' ὅ γε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν.* Socrates: *καὶ γὰρ ἔχει οὕτως· ὦ Κρίτων, εὐπρέπειαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν.* Supplendum est: *οὐ γάρτοι μοι δοκοῦσιν, ἀλλὰ . . .*, latine: Quid iam? videntur tibi aliquid dicere? Mihi enim non videntur: at sententia eorum quodammodo suaviter ad aures accidit. Socr.: Res ita se habet; suavius ad aures accidit quam vera est.

Maiorem difficultatem præbet alter locus *Euthyd. 286 c*: In iis quæ præcedunt Dionysodorus sophista Ctesippo demonstravit, alterum alteri adversari non posse. Tum Socrates argumentationem admiratus: *πῶς λέγεις: οὐ γάρτοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω.* Qui locus, si lectionem qualis præsto est accipimus, hoc ratione mihi supplendus esse videtur: *οὐ γάρτοι νέον τι λέγεις ἀλλὰ . . .* Difficiliorum explicatu dixi locum, quia non ex iis quæ prægrediuntur supplementum repeti potest, sed ex iis quæ sequuntur fiat necesse est. His locis non concludendi vis inest particulæ *γάρ*, sed illa explicandi, quam statuit Klotz II 233, vel potius colligendi et præparandi ad *ἀλλὰ* quod sequitur. Similis est locus Arist. Ran. 662: *οὐδὲν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει*; nihil agis profecto, verum latus percute.

Sententiæ communes a *γάρτοι* initium capere solent sicut: Conviv. 205 b (in definitione poëseos); Gorg. 484 c; Apol. 29 a; Resp. VII 535 b.

Adnotatio: Phædr. 112 a: εἰς γάρ τοῦτο B D E, γάρ τοι C, sed οι in rasura; tali adseveratione hic opus non est, quare standum in lectione meliorum librorum. Idem valet *Prot. 314 e:* Πρωταγόραν γάρ τι δεόμενοι B T, editiones γάρ τοι. Sed de hoc loco Klotz (II 271) dicit: „Famulo Calliæ non erat istud, quod Protagoræ causa non Calliæ venissent, per universam quandam asseverationem operiendum, sed tantum modo res significanda, quatenus hoc faceret, quod fit optime per simplicem particulam γάρ." Contra codicum autem auctoritatem τοὶ pro τὶ ponendum est *Gorg. 492 e:* οὐ γάρτοι θαυμάζοιμ᾽ ἄν, quod præbet Stobæus pro γάρ τι librorum B T, quia hic gravis affirmatio requiritur. Item τὶ inane est *Apol. 25 c:* οὐδὲν γάρτοι χαλεπὸν ἐρωτῶ B D E, γάρ τι F. Contra *Charm. 153 c:* οὐ γάρτοι πω πάντα B T, τι Apogr. E; τὶ ponendum esse censeo, quia τοὶ ad levem sermonem, qui hoc loco exstat, non quadrat.

γάρτοι eodem modo quem apud Platonem descripsi usurpatum haud ita raro exstat apud Xenophontem in scriptis quæ media eius ætate edita sunt. Inter oratores Demosthenes Isocrates Lysias particulis καὶ γάρτοι ita coniunctis, ut nullum intericeretur vocabulum, usi sunt; non invenitur γάρτοι apud Andocidem aut Isæum.

---

7. *KAITOI.*

De vi particulæ καίτοι Klotzius II 633 dicit, „recte iam G. Hermannum omnia ad unam illam ac primariam earum particularum vim retulisse, ut καίτοι „quamquam" significaret et oppositionis vis semper agnoscenda esset." Quod quamquam in plurimos Platonis locos quadrat, tamen sunt, quos exceptos velim, quibus vis affirmativa particulæ τοὶ etiam in hac coniunctione mihi elucere videtur. Respice locum *Gorg. 452 e*, ubi Socrates Gorgiæ: „Responde, quid sit quod summum bonum hominibus esse dicas, cuius te magistrum profitearis." Pluribus verbis interpositis Gorgias respondet: „Verbis persuadere posse et in iudicio iudicibus et in senatu senatoribus e. q. s." Deinde pergit: καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρὸν e. q. s., ubi καίτοι minime per „quamquam" vertendum est, sed per „et vero." Aut *Theæt. 187 c:* Socrates adhortans Theætetum ut quæstionibus

libere respondeat, dicit: „Si ita rem geremus (i. e. libere respondebimus), aut inveniemus quod petimus aut minus putabimus nos scire, quod minime scimus; *καίτοι οὐκ ἂν εἴη μεμπτὸς μισθὸς ὁ τοιοῦτος* — neque vero spernenda est talis merces.“

Tales loci sunt præter eos quos modo attuli: Gorg. 482 b; Resp. IX 583 b; Legg. IV 707 e, VII 801 c, 805 b; Phil. 20 b.

Et recte Deuschleum dicere censeo (ad Gorg. 452 e), hisce locis particulas *καίτοι* disiunctim scribendas esse, et additum velim, eas omnibus ceteris locis, ubi eis vis particulæ „quamquam“ insit, coniunctim scribendas esse nec faciendum cum Hermanni editione vulgari nec Schanzii, qui nulla notionis ratione habita omnibus Legum et plurimis Apologiæ et Phædri locis disiunctas, in reliquis fere dialogis coniunctas particulas exhibent.

Et dubium mihi videtur, quod dicit Devarius: *καίτοι* particulam tam verbo quam participio coniungi; cuius usus unum tantum exemplum affert ex „expositore Gregorii“, quo in exemplo quæsitum voluerim, num hic expositor illa Græcitate usus sit, quæ in constituendis quæstionibus grammaticis respicienda sit. Unum tantum ex prosariis, quos evolvi, mihi præsto est exemplum *Resp. VI 511 d*, nec dubito mutare hoc *καίτοι* in *καίπερ*.

Per *καίτοι* sententiæ alicui, quæ modo aperta est, opponitur interrogatio, quæ cum quadam indignatione coniuncta est: Apol. 24 d; Crit. 44 c; Theæt. 164 c; Soph. 267 b; Phædr. 231 c; Lach. 195 e; Gorg. 486 a, b, 512 c, 519 d; Hipp. 372 b; Resp. I 350 e, II 376 b, VII 522 d; Legg. II 656 b, IV 707 b, 708 e.

Aut enuntiatum condicionale irreale: Phæd. 73 a; Phædr. 228 a; Lach. 196 b; Gorg. 516 e.

Usus *περιοδικός* exstat, si ei sententiæ, cui opponitur enuntiatum quod a *καίτοι* initium capit, iterum occurritur altera sententia, quæ a particula adversativa incipit, ita ut oratio sit perpendentis; cf. Phæd. 77 a: Postquam Socrates Simmiæ demonstravit, animum hominis esse, priusquam homo nascatur, et Simmias hoc sibi persuasum esse professus est, interrogat Socrates: *τί δὲ δὴ Κέβητι; δεῖ γὰρ καὶ Κέβητα πείθειν.* Respondet Simmias: *ἱκανῶς, ὡς ἔγωγε οἶμαι* (sc. *πέπεισται*)*· καίτοι καρτερώτατος ἀνθρώπων ἐστὶν πρὸς τὸ ἀπιστεῖν τοῖς λόγοις. ἀλλ᾽ οἶμαι οὐκ*

ἐνδεῶς τοῦτο πεπεῖσθαι αὐτόν, ὅτι πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς ἦν ἡμῶν ἡ ψυχή. Satis convictus esse mihi videtur; omnia quidem in dubium vocandi cupidissimus est; tamen hoc satis ei persuasum esse puto, animum nostrum esse, priusquam nati simus.

Hoc alterum enuntiatum, quod priori opponitur, incipit ab:

ἀλλά: Phæd. 77 a; Cratyl. 426 a; Pol. 284 c; Parm. 128 c; Lach. 186 c, 194 a, 195 b; Gorg. 512 b; Hipp. 372 b; Legg. II 655 c, IV 723 d.

δέ: Apol. 40 b; Phædr. 241 d, 264 e; Lach. 183 c; Euthyd. 285 d; Gorg. 499 c; Men. 80 b; Resp. I 332 a, 339 a; Legg. III 690 c, IV 712 d, VII 809 c.

ἀλλ' ὅμως: Euthyphr. 3 c; Phæd. 68 e bis; Charm. 175 c.

ὅμως δέ: Parm. 137 a; Phil. 26 d; Resp. VII 532 d; Critias 107 a.

Alius est usus periodicus, si oppositio, quæ a *καίτοι* incipit, affirmatur enuntiato quod a *γάρ* initium capit cf. Euthyd. 289 d: *ἱκανόν μοι δοκεῖς τεκμήριον λέγειν, ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν λογοποιῶν τέχνη, ἣν ἄν κτησάμενός τις εὐδαίμων εἴη. καίτοι ἐγὼ ᾤμην ἐνταῦθά που φανεῖσθαι τὴν ἐπιστήμην ἣν δὴ πάλαι ζητοῦμεν. καὶ γάρ μοι οἵ τε ἄνδρες αὐτοὶ οἱ λογοποιοὶ ὑπέρσοφοι δοκοῦσιν εἶναι καί* ... „Gravem causam mihi afferre videris, quod felicitas non in scientia eorum posita arbitranda sit, qui pro aliis orationes scribunt; attamen credidi ibi reperiri posse eam quam quaerimus doctrinam; sapientissimi enim mihi videntur viri."

Ceteri loci sunt: Phaed. 62 e; Charm. 175 b; Euthyd. 289 d; Prot. 317 c; Gorg. 519 b; Resp. II 360 c. Notatu dignus est locus *Resp. X 595 b.* Socrates cum in quæstionem vocavisset, num quam tragœdia ad rempublicam bene constituendam utilitatem præberet, hæsitans dicit: *ῥητέον· καίτοι φιλία γέ τίς με καὶ αἰδὼς ἐκ παιδὸς ἔχουσα περὶ Ὁμήρου ἀποκωλύει λέγειν. ἔοικε μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι. ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ, ἀλλ' ὃ λέγω ῥητέον.* Figura rhetorica, quæ hic exstat, est *κύκλος*, ubi periodus eodem verbo clauditur, a quo incipit. Illo enuntiato, quod ab *ἔοικε μὲν γὰρ* orditur, explicatur cur omnino in eo, quod antecedit, de Homero mentionem fecerit, cum supra modo de poëtis tragicis disseruerit. Si ratione scriptor

enuntiata disposuisset, ad illud quod prægreditur: *τὸ μηδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς* (sc. *τῆς ποιήσεως*), *ὅση μιμητική* adnectendum erat: *οὐδὲ Ὁμήρου. ἔοικε μὲν γὰρ* ... e. q. s. Iam hoc „*καίτοι* ... *λέγειν*" eo quo exstat loco in parenthesi, ut ita dicam, positum est et *καίτοι* particulæ occurrunt verba: *ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε* ... q. s.

In conclusione altera propositio a *καίτοι* incipit: Theæt. 148 b; Charm. 164 c.

Enuntiatum concessivum a *καίτοιγε* initium capit, quibus locis per „quamquam" verti potest: Resp. I 332 a, IV 440 d.

Etiam ubi *γὲ* ei non arcte adiungitur, concessivam vim habet: Cratyl. 416 b, 423 d; Phædr. 231 c, 272 b; Lach. 199 c; Resp. II 362 d, III 414 d, X 596 e.

Præterea adversative usurpatur sæpe indignatione quadam coniuncta: Apol. 17 a, 24 a, 27 a, 41 d; Cratyl. 418 d; Theæt. 148 b; Pol. 290 b; Conviv. 177 e; Phil. 30 e; Lys. 206 b, 214 e; Euthyd. 283 d; 299 b; Prot. 312 c, 339 d; Men. 99 e; Resp. IV 433 c; Legg. II 663 e, III 683 c, V 728 e, VIII 840 a.

Notandi sunt hi loci: *Phædo 68 d* et *Lys. 213 b;* postquam Socrates ratiocinatione, in qua, is qui una loquitur eum sequi atque ei assentiri debebat, ad ineptam atque absurdam quandam sententiam illum perduxit, ipse huic sententiæ occurrit verbis: *καίτοι ἄλογόν γε* (Phæd.), *καίτοι πολλή ἀλογία* (Lys.).

Si hoc *καίτοι* cum particula *γὲ* coniungitur, aut verbum aliquod intercedit, quodsi fit *γὲ* ad verbum quod intericitur pertinet, aut nullum vocabulum intercedit, quod duobus quos supra attuli locis (Resp. I 332 a, IV 440 d) exstat, ubi enuntiatum secundarii concessivi vim habet.

καίτοι—γε invenitur: Apol. 17 a; Phæd. 65 b, 68 d, e bis; Cratyl. 401 c, 416 b, 423 d; Theæt. 148 b; Pol. 284 c, 290 b; Parm. 128 c; Phil. 20 b, 26 d; Charm. 175 b; Lys. 214 e; Lach. 183 c, 186 c, 194 a, 195 b; Phædr. 228 a, 241 d, 264 e, 272 b; Prot. 317 c; Gorg. 482 b, 499 c, 519 b; Men. 80 b, 89 e; Resp. I 339 a, II 362 d, III 408 b, VII 532 d, X 595 b, 596 e; Legg. II 655 c, 663 e, III 683 c, 690 c, IV 723 d, V 728 e, VII 821 e, VIII 840 a. Nusquam ponitur in interrogationibus.

Adnotatio critica: Phæd. 103 e: καὶ τοιοῦτό τι λέγω ὡς οὐ πολλά με ταράττει B C D E, *καίτοι οὔτι λέγω* in marg. b. In iis quæ præcedunt Socrates interrogat Cebetem (de quo supra 63 a dictum est: *οὐ πάνυ εὐθέως ἐθέλει πείθεσθαι*, et qui semper dubitationes movet): *ἆρα μήτοι καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν ὧν ὅδε εἶπεν*; respondet Cebes: *οὐδ' αὖ οὕτως ἔχω· καὶ* e. q. s. Si codicum lectionem accipimus, duobus proximis enuntiatis pæne idem dicitur, qua re sermo languidus et iners fit; contra si alteram manum codicis Bodleiani b sequimur, Cebes suam animi indolem servat, quæ ad dubitandum inclinat atque propendet, cum dicat: Non rursus ita me habeo, quamquam haudquaquam dico me non multis rebus turbari i. e. hæc res, quæ modo exposita est, mihi scrupulos non inicit; tamen facere non possum, quin de quibusdam aliis rebus, quæ antea commemoratæ sunt, dubitem; id quod optime quadrat in partes Cebetis, quas per totum dialogum agit.

Men. 94 b: ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθηναίων ἀδυνάτους (*δυνατοὺς* T) *γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα* (sc. *ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιεῖν*) B. Antea exempla allata sunt Themistoclis, Aristidis, Periclis, qui filios suos bonos viros reddere non potuerunt; de his viris certe Socrates dicere non potest: *τοὺς φαυλοτάτους Ἀθηναίων*; etiam codicis T lectio *δυνατοὺς* non quadrat in argumentum, quæ efficeret: postquam præclaros viros hunc finem assequi nequivisse vidimus, ne credideris paucos deterrimos Atheniensium hoc potuisse; nam postea Thucydides affertur, quem inter deterrimos Atheniensium haberi Plato vix voluerit. Quare lectionem libri B *ἀδυνάτους* accipiendam et ante *τοὺς φαυλοτάτους* „*καίπερ οὐ*" scribendum esse censeo. Sed ferri non potest, quod præferunt Müller (Uebersetz. 183) et Madvig (advers. I 414) *καίτοι οὐ*, quia non ex usu Platonico est *καίτοι* cum singulis substantivis coniungere.

Gorg. 519 d: καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον B T, *καίτοι τούτου* Heindorf, Schanz, qui exempla ceterorum locorum secuti, ubi interrogatio quæ a *καίτοι* orditur iis quæ præcedunt opponitur, etiam hoc loco vivacius genus dicendi exstare censuerunt, quam cui simplex *καὶ* sufficeret. Quibuscum faciendum esse puto.

Phædr. 241 d: καίτοι ᾤμην γε μεσοῦν αὐτοῦ B T, *αὐτόν* apographa, *σε μεσοῦν αὐτοῦ* Hermann. Notio horum verborum

clara est: Postquam Socrates de amore verba fecit, orationem finivit; Phædrus autem dictis non contentus ei opponit: „At putavi te dimidiam tantum orationem dixisse e. q. s.“ In lectione librorum B T subiectum deest, quod apographa correxerunt per *αὐτόν* i. e. *λόγον*, quod est ultimum vocabulum orationis quam habuit Socrates. Quam lectionem Budæo auctore H. Stephanus (thes. Græc. ling. sub *μεσόω*) secutus vertit: „adhuc esse dimidiatum.“ Similes loci sunt: Anthol. Pal. 9, 584, 3: *ἐν δὲ μεσούσᾳ ᾠδᾷ μοι χορδάν πλᾶκτρον ἀπεκρέμασεν* et Ar. Ran. 924: *τὸ δρᾶμα ἤδη μεσοίη*, ubi similia subiecta verbi *μεσοῦν* exstant: tamen hic locus differt, quod pergitur: *καὶ ἐρεῖν τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος* . . . ; sed addendum est, simili modo *λόγον* subiectum verbi dicendi esse Phæd. 88 d: *ὁ λόγος με πείσει ὡς* e. q. s.; et cum hoc ipso loco oratio Socratis hisce verbis clauditur *τέλος ἐχέτω ὁ λόγος*, quibus opponitur *καίτοι ᾤμην μεσοῦν*, pæne necessario subiectum *λόγος* requirimus. Verbo *μεσοῦν* deinde laxiore quodam modo *καὶ ἐρεῖν* adnectitur. Quod num fieri posset cum dubitaret Hermann, correxit: *σε μεσοῦν αὐτοῦ*, exemplis usus locis Pol. 265 b *μεσοῦντας τῆς πορείας* et Herod. I 181 *μεσοῦντί κου τῆς ἀναβάσιος*. Facile non est diiudicatu, uter recte statuerit. Nam cum Hermanni coniectura efficiatur, ut *ἐρεῖν* quod sequitur facilius explicatu fiat, quod alias quandam difficultatem præbet, contra apographorum lectione verba Phædri arctius coniunguntur cum fine orationis, quam Socrates habuit.

---

8. *MENTOI.*

μέντοι particula natura compositionis maiorem quandam asseverationem in se continet, eoque differt a simplici *τοὶ*, quod huius usus semper cum affectu quodam coniunctus est, cum contra affirmationis quæ illi inest ratio non ab homine sed ab re proficiscatur. Sed vis affirmativa particulæ *μέντοι* etiam ad adversativam deflectit, quas duas notiones accurate discernere studui.

Asseverandi vim habet:

I. in responsionibus aientibus

1) Responsio fit repetito vocabulo

a) repetito adiectivo vel adverbio: Euthyphr. 4 b; Phæd. 68 b, 73 d, 93 a, c, 106 d; Parm. 144 c, 158 c; Soph. 233 b; Euthyd. 287 c, 298 a, b; Resp. I 332 a, II 371 b, 374 e, III 287 e, 389 a, IV 443 a, VII 517 d, 527 c, IX 573 d, 582 c, 588 a, 590 a.

b) repetito verbo: Phæd. 74 a, b, 105 d; Theæt. 189 d, 191 c; Parm. 160 b; Charm. 154 b; Lach. 190 c, Euthyd. 284 d, 296 e; Resp. II 375 e, III 386 c, 412 b, IV 428 d, V 469 e, VI 502 d, VII 521 d, IX 583 c; Legg. VII 820 e.

Hæ responsiones premuntur plerumque addito: *νὴ Δία.*

2) Responsio fit locutione:

ἀληθῆ μέντοι Resp. IV 425 a et apposito verbo dicendi: Soph. 245 b; Lach. 194 d; Legg. I 646 b, II 665 b, IV 719 b, IX 861 a, X 890 b.

II. In responsionibus negantibus

1) Ad interrogationes negativas respondetur particulis *οὐ μέντοι*, sæpe apposito *μὰ Δία*: Apol. 26 e; Phæd. 82 d, 94 a; Parm. 146 c; Charm. 163 b; Lach. 195 a; Lys. 208 a; Euthyd. 290 e; Resp. III 403 b, IV 426 b, 428 c, 444 a.

2) Responsio fit his dicendi formulis:

γελοῖον μέντἂν εἴη. Theæt. 158 e, 178 c; Resp. II 382 d, V 454 c.

ἄτοπον μέντἂν εἴη: Resp. V 459 b, VI 484 d, 501 d.

καταγέλαστον μέντἂν εἴη: Resp. V 467 a.

αἰσχρὸν μέντἂν εἴη: Resp. VII 563 b.

III. Cum ei, qui primas dialogi partes agit, alter assentiatur, primus ille id vocabulum, quo summa responsi aientis continetur, iterat postposito affirmationis signo *μέντοι*: cf. Phæd. 81 d. Postquam Socrates exposuit cur animæ mortuorum rursus apparerent et a vivis conspici possent, adnuit Cebes: *εἰκός γε.* Tum Socrates pergit: *εἰκός μέντοι· καὶ οὔτι...* Item: Crat. 414 e; Pol. 295 a; Lach. 197 e; Euthyd. 291 a.

Similis est usus Prot. 309 a, ubi particula *μέντοι* vis repetitionis augetur: *καὶ μήν μοι καὶ πρῴην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ὥς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι, καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος.*

IV. Ponitur etiam in initio enuntiati, ut verbum quod sequitur premat. Phæd. 86 d, 117 d; Crat. 385 a, 391 c; Theæt. 152 b, 167 e, 187 b; Soph. 233 a, 239 b, 242 a, 249 a, d; Pol.

292 e, 294 a; Phil. 18 a, 36 d; Conviv. 176 b, 194 a; Phædr. 238 d, 245 b; Charm. 155 c; Lach. 181 b, 195 c; Euthyd. 273 c, 299 a, 303 b; Prot. 330 d, 339 e, 350 b; Gorg. 447 a, 461 e, 466 c, 522 b; Men. 94 b; Hipp. 375 d; Resp. I 329 c, IV 440 a, X 612 d; Legg. VII 803 b.

In initio enuntiati primarii post secundarium condicionale quod præcedit: Phæd. 87 e: *εἰ γὰρ ῥέοι τὸ σῶμα κ. τ. λ., ἀναγκαῖον μέντἂν εἴη κ. τ. λ.*

Medio enuntiato exstat in illa gradationis locutione Apol. 35 d: *ἄλλως τε μέντοι νὴ Δία πάντως καὶ ἀσεβείας φεύγοντα ὑπὸ Μελήτου τουτουΐ* cf. Ar. Nub. 1267.

2) Liberior est positio particulæ in enuntiatis interrogativis, ubi quolibet enuntiati loco poni solet post id vocabulum, quod premitur: Cratyl. 439 a; Theæt. 163 e; Phædr. 229 b, 261 c, 266 d, 267 c; Charm. 159 c; Prot. 309 a; Hipp. 366 c; Resp. I 339 b, 346 a, VII 521 d, IX 581 a, 584 a, X 597 a.

V. Si particulæ *καὶ μέντοι* coniunctæ leguntur, vis affirmativa particulæ *μέντοι* non ad unum vocabulum sed ad totum enuntiatum pertinet, id quod fit: Theæt. 143 a; Pol. 291 b; Conv. 214 e, 222 b; Euthyd. 289 e.

καὶ μέντοι καί: Apol. 17 c; Theæt. 144 c; Phædr. 266 b; Lys. 216 a; Resp. I 331 d, IX 588 a.

Si inter *καὶ* et *μέντοι* vocabulum intericitur, huic maior vis accedit: Apol. 26 e; Prot. 339 c.

VI. Cum *ἀλλά* particula coniunctum *μέντοι* sua vi affirmativa adversationem, quæ illi inest, vivaciorem reddit.

1) *ἀλλὰ μέντοι*: Theæt. 190 e; Charm. 173 d; Prot. 331 d; Resp. II 375 c, III 398 d.

2) Sæpius cum *γὲ* particula coniungitur, ita ut hæc quarto enuntiati loco sequatur: *ἀλλὰ μέντοι—γε*. Theæt. 151 d, 196 d, 203 d; Parm. 135 b, 145 c, 161 d; Conviv. 214 e; Charm. 162 a, 163 e; Lys. 216 b, 221 d; Euthyd. 304 e; Prot. 359 e; Gorg. 517 a; Resp. I 331 e, II 375 b, 376 b, III 392 c, IV 430 d, 433 e, 435 b, d, 438 a, V 451 b, 466 b, VII 521 b, 525 a, IX 584 c, X 609 d, 610 c.

Ubi negatio accedit *οὐ*, si ad totum enuntiatum pertinet, inter *ἀλλὰ* et *μέντοι* ponitur, sequente *γὲ*: *ἀλλ᾽ οὐ μέντοι—γε* Resp. I 349 a, X 614 b; sin unum tantum membrum negatur, *οὐ* postponitur: *ἀλλὰ μέντοι οὐ—γε* Phæd. 108 d.

VII. *μέντοι* affirmativum etiam *περιοδικῶς* usurpatur, cum ad eam quæ sequitur adversationem, quæ per *ἀλλὰ* inducitur, præparat: cf. Cratyl. 390 e: *ἴσως μέντοι οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν οὕτως ἐξαίφνης πεισθῆναι, ἀλλὰ δοκῶ μοι ὧδε μᾶλλον πεισθήσεσθαί σοι, εἴ μοι δείξειας* . . . „fortasse quidem non facile fit, ut illa ratione mihi persuadeas, at hac te mihi potius persuasurum esse puto, si mihi probas“ e. q. s. Apol. 30 d, Phæd. 76 b; Theæt. 151 e; Soph. 265 b; Resp. I 348 e.

Idem negative *οὐ μέντοι . . ἀλλὰ*: Cratyl. 421 d; Conv. 194 c.

μέντοι adversativum.

I. 1) Invenitur in initio enuntiati: Euthyphr. 7 a, 9 e, 14 b; Apol. 32 c, 37 c, 41 e; Phæd. 62 a, 73 b, 91 c, 99 a; Crat. 400 b, c, 401 e, 402 c, 428 b, 440 d; Parm. 130 d, 134 e; Conv. 173 d, 189 c, 207 d; Phædr. 230 d, 236 d, 265 a, 270 c; Charm. 154 d, 157 d, 176 b; Lach. 181 d; Prot. 309 b, 314 b; Gorg. 453 b, 465 c, 506 a, 521 d; Hipp. 372 d; Resp. III 408 d, IV 435 d, V 455 d, 457 e, VI 489 b, 507 a; Legg. X 888 c, XII 969 a.

Singularis est positio particulæ Soph. 263 d: *περὶ δὴ σοῦ λεγόμενα μέντοι θάτερα κ. τ. λ.*, ubi verba *περὶ δὴ σοῦ λεγόμενα* pro uno vocabulo accipiuntur.

2) In initio enuntiati condicionalis *εἰ μέντοι*: Phæd. 77 b; Crat. 428 b; Theæt. 177 c, 197 a; Parm. 161 a; Gorg. 505 e; Resp. III 402 d.

ἐὰν μέντοι: Conv. 215 a.

3) In enuntiatis relativis: Hipp. 376 c; Phæd. 62 c; Theæt. 148 e; Phædr. 278 e; Resp. VI 504 e.

4) Sæpe ponitur post enuntiata negativa, ut quodammodo corrigat id quod in illo dictum est cf. Euthyphr. 2 b: *οὐδ᾽ αὐτὸς πάνυ τι γιγνώσκω τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τίς μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτόν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλητον*, ubi inter ea quæ per *οὐ μέντοι* sibi opponuntur enuntiata tertium quasi parentheseos locum tenens interiectum est. Phæd. 86 d, 107 a, 108 d; Crat. 384 c; Theæt. 201 d; Phil. 54 b; Phædr. 228 d; Lys. 303 b; Euthyd. 271 a, 305 b; Gorg. 466 e, 509 a; Resp. I 328 c, 331 e, 334 b, II 358 c, III 398 c, VI 492 e, VII 519 a; Legg. IV 723 c, VII 809 e.

5) *μέντοι* restringens exstat: Apol. 29 c; Phæd. 108 d.

6) Enuntiatum negativum ab *οὐ μέντοι* incipit: Crit. 43 d; Phæd. 61 c, 103 b; Conv. 206 b; Lach. 180 e. Idem in enuntiato adhortativo: *μὴ μέντοι*: Theæt. 149 a.

οὐ μέντοι—γὲ: Theæt. 169 c, 197 a; Resp. VI 502 c, X 605 c.

7) In eodem enuntiato duo membra per *μέντοι* inter se opponuntur: Theæt. 165 c; Pol. 300 e; Parm. 144 c; Phil. 40 c; Phædr. 244 a, 260 b; Prot. 333 c, 350 e; Gorg. 469 a; Men. 92 e; Resp. I 334 b, X 609 b. Negativa oppositio *οὐ μέντοι* exstat: Phæd. 103 d, 108 d; Euthyd. 297 e; Prot. 331 c; Gorg. 483 e. *μὴ μέντοι*: Resp. VI 505 b; *οὐ μέντοι—γὲ*: Conv. 189 a; Prot. 312 d; Resp. X 596 e.

Singularis est positio particulæ Crat. 386 a: *οὐ πάνυ τι μέντοι μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν.*

8) Particulis *γὲ μέντοι* coniunctis oppositionis vis cum restrictione inest; cf. Charm. 164 a. Critias dicit: *τὴν γὰρ τῶν ἀγαθῶν πρᾶξιν σωφροσύνην εἶναι σαφῶς σοι διορίζομαι.* Respondet Socrates: *τόδε γε μέντοι θαυμάζω, εἰ σωφρονοῦντας ἀνθρώπους ἡγεῖ σὺ ἀγνοεῖν ὅτι σωφρονοῦσι.* „Attamen id quidem miror e. q. s.“ Præterea inveniuntur: Theæt. 164 a, 165 a.

9) Ellipsis exstat, ubi coniunctæ exhibentur particulæ *οὐ μέντοι ἀλλὰ—γὲ.* Ut exemplo utar Phæd. 62 b, Socrates dicit: *καὶ γὰρ ἂν δόξειεν οὕτω γ᾽ εἶναι ἄλογον· οὐ μέντοι ἀλλ᾽ ἴσως γ᾽ ἔχει τινὰ λόγον,* ubi supplendum est: *οὐ μέντοι ἄλογόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ἴσως γ᾽* .... Ceteri loci sunt: Phæd. 62 b bis; Conv. 173 b, 199 b. *οὐ μέντοι ἀλλὰ* omisso *γὲ*: Crat. 436 e; Men. 86 c.

10) *μέντοι* post comparativum vel superlativum positum comparationem maiore vi afficit: Phæd. 73 e; Conv. 180 b; Lach. 182 a.

Idem valet in Parm. 129 e: *πολὺ μέντ᾽ ἂν ὧδε μᾶλλον, ὡς λέγω, ἀγασθείην* ... ubi hoc *πολὺ* vim comparativi *μᾶλλον* auget, ipsum autem premitur per *μέντοι.*

II. Frequens autem est usus *περιοδικός*, cum particulæ *μέν* vel *γὲ* ad *μέντοι* præparant aut idem ipsum ad *ἀλλὰ* vel *δέ*, quod sequitur. Hoc modo et tota enuntiata et singula membra unius enuntiati inter se opponuntur.

A. 1) *μὲν... μέντοι*: Phæd. 63 c, 85 c, 114 d; Apol. 20 d; Crat. 402 a, 429 d, 435 e; Theæt. 146 d, 166 d,

195 e, 199 a; Soph. 237 e, 249 a; Parm. 127 a; Phil. 24 e; Conv. 192 b, 223 d; Charm. 159 b; Euthyd. 286 d, 304 c, 306 c; Prot. 333 d, 347 a; Gorg. 456 c, 458 a, 458 b, 472 e, 473 e, 480 e, 481 b; Men. 80 d bis; Resp. I 348 e, II 364 a, III 416 b, IV 422 a, 427 b, VI 498 d, 504 b, 511 c, X 611 c, 621 b; Legg. I 630 c, VI 783 a, X 886 c.

2) *μὲν... οὐ μέντοι*: Lys. 212 e; Euthyd. 298 a: Prot. 343 e; Hipp. 367 a; Resp. I 327 a, II 375 d.

3) *μὲν... μὴ μέντοι*: Phil. 40 d; Lach. 182 e.

4) *μὲν... οὐ μέντοι–γὲ*: Euthyph. 12 c; Crat. 429 c; Theæt. 205 b: Conv. 188 e; Lys. 221 a: Euthyd. 284 c; Resp. I 329 e.

5) *μὲν... μὴ μέντοι–γὲ*: Crat. 433 c; Prot. 351 a.

6) *μὲν οὐ... οὐ μέντοιγε* (latine: quidem non, sed ne — quidem): Crat. 424 c. Hac tantum in coniunctione apud Platonem *μέντοιγε* invenitur.

B. 1) *γὲ... μέντοι*: Crit. 54 d; Theæt. 144 d, 169 b, 183 d, 199 e; Soph. 216 c; Phil. 28 b; Phædr. 263 e; Euthyd. 301 a; Gorg. 496 c, 517 a; Resp. III 515 d, VI 498 c, 506 c, Legg. VII 805 b.

2) *γὲ... οὐ μέντοι–γὲ*: Lach. 195 c; Euthyd. 295 c; Men. 72 d; Resp. IX 592 a.

3) *γὲ... μὴ μέντοι–γὲ*: Pol. 262 a.

C. Cum negatione coniuncta particula *μέντοι* præparat ad *ἀλλά*.

1) *οὐ μέντοι... ἀλλὰ*: Apol. 38 d; Crat. 432 a; Theæt. 190 a.

2) *οὐ μέντοι–γὲ... ἀλλὰ*: Apol. 17 b, 26 c; Phil. 22 c; Resp. I 354 a; Legg. III 680 c.

3) *μὴ μέντοι... ἀλλὰ*: Theæt. 181 c; Lach. 197 e; Legg. II 658 e.

4) *μὴ μέντοι... δὲ*: Euthyphr. 3 c; Pol. 296 b.

Quod ad rationem, qua particula *γὲ* cum *μέντοι* componitur, attinet, tantum quattuor quos supra commemoravi locis cum *μέντοι* arcte coniungitur: etiam secundo post *μέντοι* loco non invenitur, nisi si *μέντοι* negationem sequitur, uno excepto loco Euthyphr. 9 e; quo cum *μέντοι ἔγωγε* exstet, *γὲ* excusari potest, quia cum *ἐγώ* compositum propriam suam vim pæne omittit.

Adnotationes: Phæd. 62 c. μέντοι νῦν δὴ B, *μὲν τοίνυν δὴ* C d', corr. c. Cum meliore libro *μέντοι νῦν δὴ* scribendum est,

quia particulae μὲν in μὲν τοίνυν δὴ nullum membrum responderet et praeterea, cum illae particulae coniunctae in Platone quidem non exstent, νῦν δή creberrime exhibetur et hoc ipso loco ad νῦν δή quod sequitur praeparat: ὃ μέντοι νῦν δὴ ἔλεγες, ἔοικε τοῦτο ἀτόπῳ, εἴπερ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν εὐλόγως ἔχει.

Aliter res est comparata hisce locis

Gorg. 470 c } μέντοι νῦν B, μὲν τοίνυν T.
Men. 71 d, 100 b }

Etiam μέντοι νῦν coniunctas apud Platonem non inveneris, cum scriptor illis locis, quibus praecipue tempus quo aliqua res fit significatur, — id quod his locis non ita est — νῦν μέντοι ita positis particulis utatur (cf. Prot. 314 b; Men. 80 d; Phil. 24 e, 28 b). Praeterea cum hoc μὲν τοίνυν semper δὲ congruit, cum ad μέντοι ἀλλὰ respondere debeat, ut supra demonstratum est.

Gorg. 472 e: ὁ ἄδικος ἁπάντων μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μὲν τοίνυν ἐὰν ... ἧττον δὲ ἄθλιος ἐὰν ... B. μὲν τοίνυν medio enuntiato poni non potest, quod τοίνυν est μεταβατικόν, ad μὲν autem quod praecedit respondere nequit. Quare cum Stobaeo legendum est: πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μέντοι. Neque hoc loco id refellitur, quod supra dixi, μέντοι non δὲ sed ἀλλὰ sequi oportere, quia hic locus cum illis comparari nequit, cum μέντοι medium locum inter μὲν quod praegreditur et δὲ quod sequitur teneat, alteri respondens ad alterum praeparans.

Conv. 192 b: ὅταν μὲν οὖν καὶ αὐτῷ B T, ὅταν καὶ αὐτῷ Schanz, ὅταν μέντοι καὶ ἑαυτῷ Sauppe. Viris doctis offensioni fuisse videtur, quod cum iam prius enuntiatum ab μὲν οὖν incipiat, sermo minus elegans fiat. Quare Schanz particulas omisit, Sauppe correxit et hic felici manu. Librorum enim lectio ita tantum explicari posset: Postquam in iis quae praecedunt fabula illa de hominum origine narrata est, ex narratione (ab initio cap. XVI) concluditur, hunc amorem puerorum non detestandum sed naturalem et legitimum esse, atque virilis indoles talis hominis puerorum amantis describitur. Hanc periodum claudit poëta verbis: πάντως μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος παιδεραστής τε καὶ φιλεραστὴς γίγνεται, ἀεὶ τὸ ξυγγενὲς ἀσπαζόμενος. Deinde transit ad describendam laetitiam eorum, qui se ipsos invenerunt, atque summa colorum venustate vitam eorum et amorem depingit, quae transitio fieri posset per μὲν οὖν μεταβατικόν, si simplex transitio exstaret; at hoc nostro loco poëta comparationem efficit,

cum illi vitæ, quæ omnino rebus Venereis dedita est, hunc proprium amorem opponat, qui exardescit, si illæ dimidiatæ partes, quæ antea unum corpus efficiebant, inter se congrediuntur: quæ oppositio optime indicatur particula *μέντοι*, quæ respondet ad *μὲν* quod præcedit. Sed dubito, num necesse sit ut *αὐτῷ* in *αὑτῷ* mutetur, quia hoc *αὐτῷ* explanatur verbis *τῷ αὑτοῦ ἡμίσει*, quæ proxime sequuntur.

Apol. 31 *b*: *καὶ εἰ μέντοι τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυον* B D E F, *μέν τι* Stobæus, Hermann, Schanz. *μέντοι* in enuntiatis condicionalibus semper adversationem introducit; cum autem cum *καί* coniungitur, affirmat, quæ duæ res inter se oppositæ hic coniungi non possunt; præterea sequitur *δὲ* ad quod *μὲν* non *μέντοι* præparat.

Phæd. 63 *e*: *ἀλλὰ σχεδὸν μέντοι ᾔδειν* B C E d′, *μέν τι* Hermann. Contra librorum auctoritatem cum Hermanno *τὶ* scribendum est, quia *ἀλλὰ — μέντοι* interposito vocabulo apud Platonem non invenitur et huic *σχεδόν* non talis vis inest, qualis ei adderetur postposito *μέντοι*.

Contra retinenda est librorum lectio *Charm.* 159 *c*: *οὐ τῶν καλῶν μέντοι ἡ σωφροσύνη* B T, *μέν τι* Bekker. Si Bekker positione particulæ commotus est ut mutaret, rationem habeat ceterorum exemplorum, ubi *μέντοι* in interrogationibus invenitur (pag. 24); aliam autem mutandi causam non video.

Item *Men.* 87 *a* Madvig plane contra usum Platonicum coniecit: *ἀλλ᾽ ὥςπερ μέντοι τινα* pro librorum B T *ἀλλ᾽ ὥςπερ μέν τινα*; quod eidem viro contigit *Conv.* 173 *d* *ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις* B T, *ἐν μέν γε τοῖς λόγοις* Badham, *ἐν μέντ᾽ ἄρα τοῖς λόγοις* Madvig, ubi frustra quæsiveris cur mutaverint. Certe *μέντ᾽ ἄρα* neque reperitur in Platone neque in aliis quos perlegi pedestris orationis scriptoribus, neque commemoratur in libris de Græcæ linguæ particulis qui mihi præsto erant. Uno tantum Platonis loco, qui quam maxime notandus est, *ἄρα* prope *μέντοι* exstat i. e. Soph. 249 d in exclamatione: *βαβαὶ μέντἂν ἄρα* . . . ! Sed hi loci valde inter se differunt.

Phæd. 62 *b*: *οὐ μέντοι ἀλλ᾽ ἴσως γε ἔχει* B C, *μέντοι ἀλλ᾽ ἴσως* E. Aliis locis, ubi hæc locutio elliptica usurpatur, *γὲ* sequitur excepto uno Crat. 436 e, ubi potentialis modus subsequitur, apud quem *γὲ* restringens locum non habet. Neque hæc lex evertitur loco Men. 86 c, ubi potentialis et simul *γὲ*

exhibetur, quia, cum hoc γὲ ut Euthyphr. 9 e cum ἐγὼ coniunctum sit, eius propria vis imminuta est. Cum autem ceteris locis, ubi potentialis non exstat, γὲ ponatur, etiam hoc scribendum est ἀλλ' ἴσως γε. Idem valet in *Prot.* 312 d: ἴσως ἂν ἀληθῆ λέγοιμεν οὐ μέντοι ἱκανῶς γε B, ἱκανῶς T. Nam hoc γὲ mihi optime cum ἴσως, a quo enuntiatum incipit, consentire videtur, cum tota vox sit dubitantis. Aliter res se habet *Phæd.* 61 c, ubi οὐ μέντοι ἴσως B C E, μέντοιγε b d. οὐ μέντοιγε tantum exstat post præparativum μὲν οὐ (p. 27).

Phæd. 76 b: βουλοίμην μέντ' ἂν Wohlrab. μὲν τἂν codd. Schanz; sequitur ἀλλά. Sed aliis locis, ubi μέντοι ad ἀλλά præparat, semper uno vocabulo scriptum reperimus, quare non intellego cur hic aliter scribatur. Et ceteris locis *Crat.* 391 c ἄτοπον μέντ' ἂν εἴη T b, μὲν τ' ἂν B et *Phæd.* 87 e ἀναγκαῖον μέντ' ἂν εἴη B, μὲν τ' ἂν C D E, uno vocabulo scribendum est, cum nihil huic μὲν opponatur. Quid autem hoc Phædonis loco Ast cum μέντοι quod proponit pro μέντ' ἂν velit, intellegere non possum.

Phæd. 74 b: φῶμεν μέντοι B C D, τοίνυν E. Si responsum repetito verbo datur, μέντοι ponitur.

Phæd. 73 b: οὐδὲν μὲν ἂν ἧττον ἀκούοιμι B C D E. μέντ'— ἂν b d. Cum manibus secundis μέντ' ἂν scribendum est, quia particulam adversativam requirimus.

Phæd. 61 d: ἃ μὲν οὖν τυγχάνω B C d', μέντοι E. μέντοι in enuntiatis relativis semper quandam asseverandi notionem habet, cum plerumque novi quid introducatur. Hoc enuntiatum relativum autem ea quæ in priore dicta sunt repetit et longius procedit, quare particula μεταβατικὴ μὲν οὖν suum locum hic habet.

Crat. 425 c: ὅτι εἰ μὲν τι χρηστὸν ἔδει αὐτὰ διελέσθαι εἴτε ἄλλον ὁντινοῦν εἴτε ἡμᾶς B T, μέν τι χρῆν Ast, Schanz, μέντοι ᾗ χρὴ ἔδει Heindorf, μὲν ὅτι ἄριστα ἔδει Buttmann, μὲν ὡς ἄριστα ἔδει Stallbaum. Argumentum loci est hoc: Socrates rectam viam ad definiendam verborum notionem se invenisse contendit, sed desperat se eam ingredi posse. Quare dicit: „Si ut oportet verba discernenda sunt sive alii cuipiam sive nobis, certe hac ratione ea discerni oportet; iam nunc cum hanc sequi nequeamus, de iis agere necesse erit, qua ratione possumus." Hanc sententiam optime expresserunt Buttmann et Stallbaum, sed nimis a litteris librorum mihi aberravisse videntur. Lectioni codicum sententia subiecta non est. Ast et Schanz nihil habent,

quod oppositum sit verbis *κατὰ δύναμιν*, quæ sequuntur, et tamen in hac oppositione vis enuntiati sita est. Felicius Heindorf coniecit *ἦ χρή*, dummodo ne *τοὶ* inserere vellet, ubi locum suum non habet; nam iterum monendum est *μέντοι* non ad *δὲ* præparare, quod hic sequitur (*νῦν δὲ*). Quare ego positum velim: *ὅτι εἰ μὲν ἦ χρὴ ἔδει αὐτὰ διελέσθαι*, qua coniectura neque nimis a libris me discedere et id præstare puto, quod contextui et perpetuitati sermonis convenit.

II.

DE *ΤΟΙ ΣΥΛΛΟΓΙΣΤΙΚΩΙ* EIUSQUE COMPOSITIS.

1. *ΤΟΙΝΥΝ.*

De vi particulæ *τοίνυν* Rosenberger (Die Partikel *τοίνυν* in der attischen Dekas: Jahrb. für class. Philol. 1874 p. 109 e. q. s.) dicit, particulam semper ita usurpari, „dass sie etwas in gewisser Art gleichartiges hinzubringt.“ Ex hac universali notione duplicem usum discernit: aut eam arcte cum iis quæ præcedunt coniungendam esse prævalente vi prioris particulæ, qua re „illativa conclusionis“ vel potius *συλλογιστική* fiat, aut in liberiore contextu positam vim latinæ „porro“ accipere (*μεταβατική*). Ad hanc liberiorem quam dixi usurpationem etiam pertinet, quod significat quomodo sermo dispositus sit, cum incipientis dissertationis signum est, aut disputationem concludit aut transitionem efficit aut repetitionem indicat, id quod infra exponam.

a. Usus *συλλογιστικός*.

1. Conclusio syllogismi recta norma derecti a *τοίνυν* incipit: Phæd. 62 c; Crat. 432 d; Theæt. 192 e; Phil. 33 e, 41 d, 56 c; Charm. 162 b; Resp. II 368 e, X 603 a.

2. Liberiore modo aliquid ex alio quo præmisso oriri denotat. Crit. 44 a; Phæd. 61 c, 100 c; Soph. 217 d, 218 a, 222 c, 241 b, 243 c, 246 c, 251 c, 255 b; Pol. 260 b, 270 c, 275 a, 287 c; Phil. 24 b, 33 e, 34 d, 43 b, 49 b, 55 c, d; Phædr. 228 d, 238 c, 243 d, 273 a; Charm. 159 a; Lys. 214 c; Gorg. 460 e, 466 b, 495 b, 515 c; Men. 73 c, 98 c; Resp. I 327 c bis, 347 b, II 357 b, 358 a, VI 489 c, 492 a, 499 c, 504 d, 508 b, e, VII 526 e, 528 e, 535 a, VIII 564 a, X 610 a; Legg. II 673 a, IV 704 d, 708 b, VI 766 b, VII 790 c, 793 a, 797 d, 810 e, 813 b, 821 c, VIII 829 b, 845 e, X 888 b, XI 924 e.

3. Eandem concludendi vim habet, si enuntiato, quod a *τοίνυν* incipit, respondetur ad enuntiatum adhortativum vel ad interrogationem, quæ admonitionem in se continet; namque in hoc enun-

tiato id dicitur quod ea admonitione efficitur. Sæpe eodem verbo utitur et qui admonet et qui respondet. Euthyphr. 5 e, 12 e; Phæd. 60 d, 89 c; Theæt. 145 b, 146 c, 197 a; Soph. 267 e; Pol. 268 d, 286 c; Phil. 20 c, 31 d, 57 a; Conv. 173 e, 207 c; Charm. 160 e, 166 e, 176 c; Lach. 192 b, 194 c; Euthyd. 287 d; Protag. 320 c, 342 a; Gorg. 454 b, 463 a, 470 c, 494 d, 521 b; Men. 74 a, 77 b; Resp. I 350 e, IV 427 e, V 458 b, 470 a; Legg. II 652 e; IX 863 a, XII 961 d.

4. Neque alia est usurpatio in responsis, cum fingitur responsum tale esse, quale ea quæ interrogata sunt necessario sequatur: Euthyphr. 6 e; Crat. 433 a; Theæt. 207 e; Soph. 242 b; Pol. 265 b; Phil. 52 b, 64 b; Charm. 156 a, 162 e; Euthyd. 295 c, 297 d; Prot. 318 a; Resp. III 398 c, IV 430 c, d, VI 509 c, VII 524 d; Legg. I 633 b, 634 b, II 653 c, 658 c, III 688 d, 696 d, IV 723 b, VIII 842 a.

5. Eandem vim habet in ipsis enuntiatis adhortativis, ubi enuntiatum adhortativum ex iis quæ prægrediuntur effici significatur: Phæd. 70 d; Theæt. 148 c, 157 e, 158 e, 169 e; Soph. 217 c, 264 b; Pol. 264 a; Phil. 21 d, 25 e; Conv. 174 b; Phædr. 236 d; Charm. 157 d, 166 d, e; Lach. 190 c, 196 c, 197 e; Lys. 211 a; Euthyd. 293 b, 295 c; Men. 75 b, 79 d, e; Resp. IV 426 e, 431 b, 435 d, V 450 a, 451 b, VI 491 c, 509 d, VII 517 c, 520 a, 528 a, 536 e, VIII 544 b, IX 588 c, d, 589 c, X 601 c; Legg. I 626 e, 643 b, d, II 669 b, 672 a, 673 d, III 696 b, IV 707 d, e, 712 c, VI 752 d, 754 a, 783 c, VII 793 a, 796 e, 833 d, IX 861 e, 863 d, X 897 d, 902 e, XII 960 e.

6. Concludendi vim etiam quodammodo retinet, si a sententia magis universali sermo ad id transfertur, quod ad contextum et argumentum dialogi quadrat: Crat. 410 a; Pol. 294 e; Resp. V 458 c; Legg. III 693 e, VI 751 c.

7. Aut si ab exemplis ad rem ipsam ducit: Euthyphr. 12 c; Phæd. 59 b, 104 e; Crat. 430 d; Theæt. 207 b; Pol. 269 b, 303 e; Phil. 53 d; Conv. 202 a, 205 c; Charm. 156 d; Lys. 217 e; Gorg. 482 a; Men. 90 e; Resp. IV 429 e, V 459 d, 476 a, VI 508 d, VII 517 a, X 610 a; Legg. VII 800 c.

b. Usus *μεταβατικός*.

1) Coniungitur cum particula ἔτι. *ἔτι τοίνυν*: Crit. 52 c; Phæd. 109 a; Crat. 437 b, 439 b; Theæt. 178 a, 184 b,

193 d, 194 c; Soph. 252 b; Phil. 47 d, 52 d; Conv. 188 b, 199 b, e, 220 e; Phædr. 240 a; Euthyd. 282 a; Prot. 326 b; Men. 88 a; Hipp. 367 e; Resp. VI 491 c, 493 a; Legg. I 633 b, 644 b.

οὐ τοίνυν ἔτι: Phæd. 100 c. .

μὲν τοίνυν ἔτι: Phil. 20 e; Soph. 239 b.

τοίνυν ἔτι: Soph. 241 d, 242 a; Pol. 281 c; Phil. 49 a; Charm. 173 d.

ἔτι δὴ τοίνυν: Phil. 52 a; Legg. VII 817 e.

καὶ τοίνυν ἔτι: Pol. 299 b.

2) Cum *καί* coniunctum exstat:

καὶ τοίνυν: Soph. 245 d; Pol. 280 c; Legg. III 678 e, VI 782 d, VIII 842 a.

καὶ τοίνυν καί: Soph. 234 a.

καὶ—τοίνυν: Theat. 194 a; Phil. 15 c, 64 b; Charm. 165 d; Gorg. 516 b; Resp. IV 424 c, 450 a, VI 489 b, 509 b.

3) Verba, quæ prius dicta sunt, repetuntur: Pol. 282 b: Phil. 18 e, 31 c; Lach. 191 c, 198 c; Gorg. 454 a, 459 a, 466 d; Resp. III 394 d, 397 b, IV 433 b, 438 d, V 455 a, VI 485 a, 511 a, VII 524 d, VIII 562 b, 564 b, IX 572 c; Legg. I 634 a, VI 781 e, VII 812 b, X 897 e.

4) Expositio accuratior a *τοίνυν* incipit: Soph. 233 e; Phil. 24 a; Prot. 351 e; Resp. IV 428 a.

5) Omnino novi quid infertur: Apol. 33 e; Phæd. 72 a; Crat. 397 e; Theæt. 147 e, 153 d, 182 c, 191 d, e, 193 a, 194 e, 198 a; Soph. 220 d, e, 224 b, 225 a, e, 237 b, 238 b, 244 e, 250 d, 258 e, 262 e, 266 d, 267 a, e: Pol. 263 e, 280 c, 281 c, 292 c, 302 c, 308 b, 309 a: Phil. 14 c, 32 b, 34 a, 52 b, 66 b, c; Phædr. 231 e; Charm. 165 c; Lach. 192 a, c; Lys. 216 d; Prot. 319 d, 353 c, 354 e; Men. 72 c; Resp. I 339 e, 348 a, II 362 b, III 391 c, 394 b, e, 413 b, 416 c, IV 425 c, 436 c, V 467 d, VI 509 d, 510 a, 511 b, VII 514 b, 518 d bis, 523 c, 537 c, 538 b, VIII 545 c, 550 e, 564 b, e, IX 572 d bis, 584 b, 588 d, X 603 b; Legg. II 664 b, 666 c, III 681 d, 697 c, 701 d, IV 715 e, VII 793 d, 796 e, 803 b, 812 d, 813 a, 816 a, VIII 837 b, IX 861 d, 862 c, X 904 c.

Singularis est locus Pol. 275 d, ubi scriptor, postquam se ipse interrogatione interrupit, ab τοίνυν in enuntiato quod inceperat pergit.

c. Ad dispositionem pertinet:

1) Disputationem exorditur: Euthyphr. 6 e; Apol. 26 b; Crit. 51 c; Phæd. 71 c, 72 a, 96 a, 104 b, 108 e, 110 b, Crat. 397 c, 399 d, 402 d, 406 d, 408 e, 416 a, 418 e, 421 a, 439 d; Theæt. 157 d, 169 d, 181 d, 193 b, 194 c, 197 b; Soph. 223 c, 224 a, 229 d, 233 d, 235 b, 243 c, 244 b, 247 c, 260 a, 264 e; Pol. 267 a, 268 d, e, 272 b, 279 c, 282 c, 283 d, 286 b, d, 289 a, 291 a, 302 c, 304 a; Parm. 133 a; Phil. 11 b, 14 b, 33 a, 42 c, 46 b, 49 c, 61 a, 63 c, 65 b; Conv. 185 e; Phædr. 243 e, 253 d, 264 c, 270 c, 272 d, 274 c; Charm. 158 e, 160 d, 167 a; Gorg. 473 d; Resp. II 369 b, III 413 c, IV 436 b, V 450 d, 451 d, 473 c, VI 485 b, VII 535 a, 536 d, 538 a, VIII 564 c, IX 576 b, X 614 a; Legg. II 653 a, III 691 b, 697 a, IV 713 c, 718 d, VI 767 b, 772 e, 778 c, VII 789 b, 810 b, 815 b, 819 a, VIII 840 c, IX 860 a, 867 c, X 891 d, 894 b, 895 c, 900 d, 907 d, XII 963 d.

πρῶτον μὲν τοίνυν: Phæd. 90 d; Crat. 426 c; Pol. 281 d; Phil. 27 b, 32 e; Resp. VI 489 a; Legg. II 664 c, V 739 b, IX 861 a.

πρῶτον τοίνυν: Pol. 283 c.

2) Usus „collectivus“ exstat: Phæd. 83 e, 92 c, 115 c; Crat. 407 a, 434 b, 439 b; Theæt. 145 e, 181 c, 193 a, 197 b; Soph. 219 b, 222 a, e, 225 d, 226 c, 236 c, 250 e; Pol. 258 e; 270 c, 288 c, 290 d, 302 e, 307 d; Parm. 126 c; Phil. 22 c, 32 b; Conv. 176 e; Phædr. 243 e, 265 c, 278 e; Lach. 190 d; Lys. 214 d; Euthyd. 296 c, 301 d; Men. 76 a; Resp. II 375 b, 380 c, III 409 d, IV 424 b, c, 427 a, 445 d, IX 572 b, X 613 e; Legg. III 689 c, IV 710 b, VI 769 a, VII 820 d, VIII 831 e, 832 a, IX 860 c, X 891 d, 899 c, 902 b, XI 925 e.

Dialogum claudit: Euthyphr. 15 e; Crit. 54 e; Crat. 440 e; Theæt. 210 b; Parm. 166 c; Charm. 175 d; Euthyd. 307 b; Men. 100 b.

3) Exstat in transitionibus: Crit. 45 a; Phæd. 99 d; Crat. 398 b, 399 b, d, 405 b, 410 a, 421 c, 422 c, 426 b, 433 b; Theæt. 150 a, 158 e, 169 d, 206 e; Soph. 232 b, 239 b,

244 a, 245 e; Pol. 302 e; Phil. 34 e, 43 a, 50 e, 65 a; Conv. 200 a; Resp. IV 427 d, 439 e, V 449 a, 457 b, 472 e, VI 493 e, 502 a, VII 526 c, VIII 559 d, 563 e, IX 583 b, X 611 a, b, 612 d; Legg. I 643 a, II 665 a, VI 779 d, VII 814 c, 822 d, 848 d, IX 874 d, X 899 d, XII 964 a.

Inter hos quos attuli locos *τοίνυν* cum alia particula coniunctum perraro exhibetur (in enumerandis locis mittam quas supra attuli particulas *ἔτι* et *καὶ*):

δὴ τοίνυν: Phil. 33 a; Resp. IX 588 d; Legg. IV 707 e, 712 c, VII 803 b, 816 a, X 895 c.

τοίνυν δή: Gorg. 459 a (v. p. 37); Legg. IV 718 d.

ἤδη τοίνυν: Crat. 434 b; Pol. 290 d; Men. 76 a; Phil. 65 a; Legg. VII 822 d.

τοίνυν ἤδη: Euthyd. 296 c; Resp. VII 524 d.

μὲν τοίνυν tam sæpe invenitur ut locos enumerare longum sit.

οὐ τοίνυν: Crit. 44 a; Crat. 410 a; Theæt. 197 b, 207 e; Pol. 286 d; Phil. 43 b; Charm. 159 d, 175 d; Gorg. 495 b; Resp. II 357 b, 358 a, III 409 d, VII 526 e; Legg. IV 704 d.

In enuntiatis adhortativis exstat:

μὴ τοίνυν: Crit. 45 a; Phæd. 70 d; Theæt. 157 e, 169 e, 206 e; Soph. 217 c, 232 b, 237 b, 238 b, 255 b, 258 e, 264 b; Pol. 264 a; Phil. 21 d, 55 c; Conv. 202 a; Charm. 175 d; Lach. 190 c; Men. 79 d; Resp. III 391 c, IV 426 e, X 601 c; 603 b; Legg. II 669 b, 672 a, VI 754 a, X 897 d, 902 e, XII 960 e.

οὐ–τοίνυν: Soph. 225 a; Legg. VII 797 d.

Post imperativos, qui attentionem excitant, reperitur: *σκόπει τοίνυν*: Crit. 51 c; Crat. 391 b; Soph. 260 a. — *σκέψαι τοίνυν* Phædr. 264 c; Resp. VI 520 a. — *ὅρα τοίνυν* Crat. 410 a. — *ἰδὲ τοίνυν* Phæd. 72 a. — *ἄκουε τοίνυν* Phæd. 96 a. — *νόησον τοίνυν* Resp. VI 509 d.

Quod ad positionem particulæ *τοίνυν* pertinet, notum est, eam secundum enuntiati locum tenere, sed si *μέν, καί, δή* præcedunt, tertium. Contra hanc regulam alium locum tenet:

1) tertium

α. Si nomen cum articulo prægreditur: Euthyphr. 12 c; Soph. 225 d; Pol. 282 c; Men. 74 a; Resp. VI 504 d, VIII 562 b.

β. Si præpositio cum nomine: Apol. 26 b, Crat. 418 e; Soph. 246 c; Pol. 265 b, 287 c, 303 e; Phil. 50 e; Euthyd. 295 c; Resp. I 347 b, II 362 b.

γ. Si nomen cum particula τὲ: Phæd. 59 b; Soph. 224 a; Pol. 291 a; Phædr. 243 d; Resp. VI 489 c.

δ. τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν: Theæt. 145 e; Pol. 292 c.

ε. Præterea: Phil. 20 c; Resp. VI 509 c, VII 523 c; Legg. VII 821 c, IX 867 c.

2) Quartum locum tenet: Soph. 225 a, 226 c; Pol. 294 e; Phil. 65 b; Charm. 162 e; Lys. 214 c; Hipp. 365 c; Resp. V 459 d, VI 509 b, VII 535 a; Legg. II 664 b, VII 812 b, 816 a, X 900 d, 907 d.

3) Sextum: Leg. II 666 c.

Contra notanda est positio Legg. IV 715 e: ἄνδρες τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτούς, ὁ μὲν δὴ θεὸς ... e. q. s. et VI 772 e: ὦ παῖ, τοίνυν φῶμεν ἀγαθῶν φύντι, τοὺς παρὰ τοῖς ἔμφροσι... e. q. s. Exspectandum fuit φῶμεν τοίνυν, quia τοίνυν ad hoc enuntiatum, quod alteri insertum est, refertur ibique secundum locum tenere debuit.

Adnotatio: Phædo 109 a: πρῶτον μὲν B C D E, μὲν δὴ Euseb, μὲν τοίνυν cum libris quibusdam Bekker. Hoc vel illud consuetudinem Platonici sermonis postulare putavit Heindorf. At hic non respexit nullo alio loco, quo πρῶτον μὲν τοίνυν inveniatur, pergere sermonem insequentibus particulis ἔτι τοίνυν, quod nostro fit; quare cum libris πρῶτον μὲν scribendum est.

Theæt. 210 b: ἐὰν τοίνυν ἄλλον T, ἐὰν οὖν τοίνυν B. Procul dubio lectio libri T accipienda est, cum tali modo synonymas particulas coacervare scriptor sibi non indulsisset.

Phædr. 243 d: τοῦτόν γε τοίνυν ἔγωγε B T Schanz, τὲ anonym. in Vœgelini epist. critic. 6. τὲ scribendum censeo, quia γὲ τοίνυν coniunctæ apud Platonem non inveniuntur.

Euthyd. 287 d: πειστέον τοίνυν B, τοι T. τοὶ locum suum habet in concitato ac fervido genere affirmandi, quod hic non exstat, cum sententia sit: quia imperas, parendum est.

Gorg. 459 a: ἔλεγες τοίνυν δὴ ὅτι B T, τοὶ νυνδὴ b Schanz. Quamquam hic confitendum est, τοίνυν δὴ præter hunc locum uno tantum Legum reperiri, cuius libri genus dicendi valde differt a Gorgia, tamen cum libris τοίνυν δὴ scribere voluerim, quia affirmationis signum τοὶ mihi in hunc locum quadrare non videtur,

ubi Socrates modo ea, quæ Gorgias supra dixerat, eo consilio repetit, ut eum in ratiocinatione sua eadem sententia usus, quam Gorgias ipse pronuntiaverat, convinceret et superaret; quibus in repetitionibus *τοίνυν* poni solere supra demonstratum est.

Legg. III 682 a: *προέλθωμεν ἔτι τοῦ νῦν ἐπελθόντος* apogr., *ἔτι τοίνυν* A. Et articulo opus est et *τοίνυν* præcedente *δὴ* et *ἔτι* septimo demum enuntiati loco positum esse nequit.

2. ΤΟΙΓΆΡΤΟΙ.

τοιγάρτοι particula, composita ex *τοὶ συλλογιστικῷ* et *γάρ* et *τοὶ* affirmativo, eam vim habet, ut conclusionis gravitatem augeat. Exstat: Phæd. 82 d; Theæt. 174 b; Conv. 179 d; Lach. 183 a; Euthyd. 276 e; Gorg. 471 c, 494 d; Resp. III 409 b, V 454 c, VIII 568 b.

3. ΤΟΙΓΑΡΟΥΝ.

Huic particulæ vim concludendi inesse iam ex compositione apparet; eius usus apud Platonem etiam rarior est quam eius qui præcedit: Soph. 234 e, 239 c, 246 b; Legg. III 695 d, VII 790 b.

De aliis eius temporis scriptoribus pedestris orationis addendum est, Lysiam et Andocidem *τοιγάρτοι* usurpare sed raro, Xenophontem *τοιγαροῦν* adamare, Isocratem et Demosthenem duabus promiscue uti sed etiam hos raro.

EXCURSUS.

Quod ad eas formas particulæ *τοὶ* pertinet, quæ a Platone non usurpatæ sunt, supra iam commemoratum est, oratores coniunctis particulis *καὶ γάρτοι* uti; præterea Xenophon particulas *μέντοιγε* exhibet (Cyrop. 1, 6, 8; 5, 5, 11 al.), cum in Platone tantum *οὐ μέντοιγε* reperiatur.

Apud poëtas autem varietas multo maior est. Præter *τοιγάρ*, quod iis proprium est, inveniuntur:

τοὶ in apodosi: Eur. Hipp. 1038; Iph. Taur. 110; Soph. Phil 841.

τοὶ δή: Soph. Phil. 245.

εἴ τοι: Soph. Ant. 516; Ar. Av. 1630; Lysistrat. 167; Eur. Hec. 727; Hipp. 507; Electr. 77.

ἀτάρ τοι: Eur. Bacch. 515.

ἀλλά – γέ τοι: Soph. Ant. 1051.

ἦτ' ἄν: Soph. Oed. Col. 1367; Ar. Ran. 34.

ἦ – τοι: Eur. Iph. Aul. 1181.

ἢ . . . ἤτοι: Pindar. Nem. IV 6; Menand. fragm. CDLXXXII.

ἀλλά – γε μέντοι: Soph. Ai. 1349.

ἐπείγε μέντοι: Aesch. Pers. 386.

ὅμως γε μέντοι: Ar. Vesp. 1344; Ran. 60.

καὶ μέντοι – μέν: Ar. Eccles. 509.

ΜΩΝ.

Cum in perlegendis Platonis dialogis mihi persuaserim, etiam μῶν particulam ad illam, cui me accinxi, quæstionem dirimendam nonnullius momenti esse, præterea non nimii laboris fuerit collectanea mihi comparare, etiam hanc brevibus verbis tractem liceat.

μῶν in enuntiatis interrogativis primariis signum est interrogationis dubitationi mistæ (Klotz I 139).

μῶν in initio enuntiati: Theæt. 142 b; Phil. 18 d; Lys. 208 c; Euthyd. 294 a; Prot. 310 d; Legg. II 668 e, III 677 d, VIII 832 b, XII 965 a.

μῶν medio enuntiato: Soph. 244 b, 247 b; Pol. 259 e, 290 a; Euthyd. 279 e; Men. 73 b, 84 b: Resp. V 479 a: Legg. II 663 a.

μῶν ἄλλος πλήν sive ἤ medio enuntiato: Theæt. 204 d; 206 a; Soph. 220 c, 225 b, 229 a, 265 c: Pol. 266 b; Euthyd. 281 a; Prot. 356 a; Legg. III 683 e, X 895 a, c. Similiter μῶν διαφέρει: Theæt. 145 d; Pol. 259 b.

μῶν μή in initio enuntiati: Soph. 263 a; Lys. 208 c, e.

μῶν μή medio enuntiato: Phæd. 84 c; Phil. 21 b: Resp. I 351 e, VI 505 c.

μῶν οὐ in initio enuntiati: Phil. 11 c, d, 37 d; Legg. II 657 c, III 676 a, 687 b, IX 860 b.

μῶν οὐ medio enuntiato: Soph. 234 a, 253 d: Pol. 291 d, 301 c; Phil. 63 b; Legg. II 668 c, 671 e, VI 782 b. VII 805 d, 820 b, X 896 e.

μῶν οὐκ ἤδη medio enuntiato: Soph. 263 d.

μῶν οὖν semper in initio: Soph. 250 d, 267 c: Pol. 292 e; Phil. 23 d, 60 d; Legg. I 624 a, II 656 a, 657 d, IV 712 c.

οὖν μῶν altero loco: Legg. I 639 d.

μῶν οὖν οὐ: Pol. 307 a; Phil. 36 b: Legg. III 676 b, 680 d, X 893 c, 895 e, XII 966 c.

μῶν οὖν οὐκ ἤδη: Phil. 22 b.

μῶν ἆρα in initio enuntiati: Legg. X 895 c.

ἀλλὰ μῶν in initio enuntiati: Men. 93 a; Resp. V 454 a.

II.

QUID EX VARIO PARTICULÆ *TOI* USU COLLIGI POSSIT AD ORDINEM DIALOGORUM CONSTITUENDUM.

Postquam ad alteram partem dissertationis meæ perveni, pauca præmonenda esse putavi de illo scripto Dittenbergeri, quod publicavit Hermes XVI p. 321 e. q. s., et de iudicio, quod de eo fecit Frederking (zur Chronologie der platonischen Dialoge. Fleckeisens Jahrbücher 1883).

Et primum quidem difficultatem quandam defugit Dittenberger, cum Apologiam Timæum Critiam ex quæstione sua excludit addita causa (p. 327 adn.), „quia in his dialogis sermones alterni tam parvi momenti sint, ut particula μήν, cuius locus aut omnino aut præcipue in sermonibus alternis sit, natura rei perraro exstet necesse sit, ita ut certa conclusio effici nequeat.“ Reperitur enim illa particula his locis tantum:

in Apologia:	ἦ μήν 22 a.
in Timæo:	καὶ μήν 19 a.
	γὲ μήν 20 d, 24 d, 63 e, 77 b.
	μήν 20 d.
in Critia:	γὲ μήν 108 b.
	μήν 108 b.

Ea quam affert causa Dittenberger certe probare potest, cur τί μήν non exstet; sed cur ceteræ tam raro, non exponit.

Deinde suo iure Frederking monuit, Dittenbergerum fugere non debuisse, particulam μήν in aliis Legum et Reipublicæ libris aliter usurpari, unde colligendum fuit singulos horum operum libros diversis temporibus compositos esse. Præter ea, quæ ex Legibus Frederking affert, res clara fit, si per indicem exponimus, qua ratione particula in Republica exhibeatur:

*

libri	ἀλλὰ μήν	καὶ μήν	τί μήν	γε μήν	ἀλλὰ-μήν *	summa	paginæ Steph.
I	6	3		1	1	11	28
II	7	4	1		1	13	27
III	8	5	4		1	18	32
IV	1	11	6		2	20	26
V	4	3	2	1		10	32
VI	5	4	6		1	16	28
VII	3	3	4			10	28
VIII	2	5	6		1	14	27
IX	6	5	5		2	18	22
X	2	2	1			5	27
	44	45	35	2	9		

Qua ex tabella effici potest: genus dicendi decimi libri valde differre a prioribus et primum librum, in quo τί μήν non invenitur, eiusdem temporis esse cuius Laches, Hippias alii; quam rem iam observavit Cohn (platonische Studien), argumento usus cum sententia singulorum librorum tum varia verbi εἶδος notione; unde conclusit, primum librum a ceteris secernendum et dialogum esse, qui ex se ipso aptus per se stare possit, ceteros libros non ex argumentis dispertitos esse, sed id tantum respectum esse, ut reliqua quæ sub titulo reipublicæ ferebantur scripta in æquales fere novem partes dirimerentur, quo factum esset ut ad numerum decem librorum, ad quem spectatum esset, perveniretur; hæc autem scripta diversis vitæ temporibus attribuenda esse. Quod accuratius describens Hermannus Siebeck (zur Chronologie der platonischen Dialoge. Jahrbücher für Philol. 1885), Rempublicam in quattuor partes divisit: I, II—IV 18, IV 19—IX, X. Quarum primam librum I continentem non ante annum 395 scriptam esse ex eo conclusit, quod in eo Ismenias Thebanus significatus esset, id quod ante illud tempus fieri non potuisset; eum seorsum a ceteris Reipublicæ libris scriptum esse. Libros II—IV 18 ante Lachetem confectos esse; libros IV 19—IX post et circa annum 388, sed ita ut, cum in nono, ubi indoles hominis tyrannici describeretur, significaret scriptor se talem dominationem in Dionysio ex-

* *Adnotatio.* Quibus in investigandis locis duo ἀλλὰ—μήν (interposito inter ἀλλὰ et μήν vocabulo) me effugisse videntur; contra unum καὶ μήν plus habeo quam ille.

pertum esse, post iter Siciliense hic liber compositus esset; in septimo libro quæstionem, quam scriptor sibi proposuisset, absolutam esse et octavum atque nonum eo consilio additos esse, ut res quædam, quæ nondum satis copiose explicatæ esse viderentur, edissererentur; in nono libro opus ad finem perductum, et decimum dialogum postea per se conscriptum esse.

Quod ad Leges pertinet, respicienda sunt, quæ invenit Ernestus Prætorius in dissertatione sua de Legibus Platonicis (Bonn. 1884). Argumenta capit ex Aristotelis libro Politicon altero cum Legibus Platonicis comparato. Cum Aristoteles loquentem in Legibus Platonicis accipiat Socratem et certissimum sit hospitem Atheniensem non posse haberi pro Socrate, præterea Cretæ et coloniæ deducendæ apud Aristotelem nullum sit vestigium, sequitur Aristotelem librum non legisse, qualem nos legimus. Mutationis auctor est Philippus Opuntius. Hic igitur Socratis loco hospitem induxit Atheniensem, idem nescimus quorum partes dedit Megillo et Cliniæ. Nec non Creta insula atque colonia Magnetum eandem originem præ se ferunt. Hac in re valet explicatio Zelleri (Plat. Studien p. 53): Philippum magistro suo idem præstare cupientem quod is Socrati persæpe præstitisset, illi ipsi primas dialogi partes tradere constituisse. Cum vero Plato in libris suis nusquam intersit colloquio, nominatim eum inducere ausus non est, ne Leges spuriæ putarentur. Secutus igitur exemplum Sophistæ et Politici præceptorem quasi occultavit sub persona hospitis Atheniensis. Porro cum intellegeret virum Atheniensem Athenis ipsis commorantem absurde appellari Ἀθηναῖον ξένον, loco mutato in Creta insula ambulantes finxit collocutores. Hac denique mutatione impulsus esse videtur, ut Cretensem quendam et Lacedæmonium illi adiungeret, item ut coloniam condendam, cui leges constituerentur, simularet. Collatis deinde compluribus locis Aristotelicis cum Platonicis Prætorius efficit, ut inter se discrepent et ut sint Aristotelici, ubi Platonici desiderentur neque exstent. Qua ex re concludit Aristotelem opus magistri legisse nondum a Philippo retractatum et Aristotelis exemplar non continuisse videri magnam partem priorum librorum, præcipue tertii et quarti, quos, ut ab Aristotele de forma civitatis inquirente maxime deberent respici, ita plurima retractationis exhibere vestigia. Accurate definire quæ addiderit non licere; nam nullam fere paginam non prodere Philippi manum.

Jam ad nostram particulam revertamur et primum per indices exponamus, quæ sit diversitas usurpartionis primum in singulis Legum et Reipublicæ libris, deinde in ceteris Platonis dialogis.

1) Respublica:

libri	μέντοι	τοίνυν	καίτοι	ἤτοι	γάρτοι	οὔτοι	τοί	τοιγάρτοι	summa	pag. Steph.
I	16	6	3	2	1	2	2		32	28
II	10	7	3				2		22	27
III	12	10	2			2	1	1	30	32
IV	15	19	2	2		2			40	26
V	8	15		2		1	2	1	28	32
VI	14	23		1			4		41	28
VII	8	20	2		1				31	28
VIII		11					3	1	15	27
XI	10	11	1		1				23	22
X	10	11	2		1		1		25	27

2) Leges.

libri	μέντοι	τοίνυν	καίτοι	ἤτοι	γάρτοι	οὔτοι	τοί	τοιγαροῦν	summa	pag.	μῶν
I	2	11							13	26	2
II	2	12	3			1			18	25	7
III	1	11	2					1	15	27	6
IV	2	10	5		1		1		19	20	1
V		1	1						2	22	
VI	1	12							13	34	1
VII	4	25	4		1			1	35	36	2
VIII		8	1				2		11	23	1
XI	1	10					1		12	29	1
X	3	14		1			2		20	26	6
XI		2		1					3	26	
XII	1	4							5	29	2

3) Ceteri dialogi:

	μέντοι	τοίνυν	καίτοι	ἤτοι	γάρτοι	οὔτοι	τοί	τοιγάρτοι	τοιγαροῦν	summa	pag.	μῶν
Timæus							1			1	76	
Critias			1							1	16	
Apologia	14	2	6	1	2					25	25	
Crito	2	5	1			1	1			10	12	
Euthyphr.	7	6	1		2	1	1			18	14	
Protagoras	19	9	3	4	4	1	3			43	53	2
Charmides	12	20	3				5			40	24	
Laches	12	10	7		1	1	3	1		35	23	
Hippias	5	2	2	1	2		2			14	14	
Euthydem.	22	10	4		5	1	3	1		46	38	3
Meno	6	13	4	2			1			26	30	3
Gorgias	23	15	9	8	9	1	6	2		73	81	
Cratylus	23	32	5	6		1	2			69	58	
Phædo	36	20	8	4	2		3	1		74	61	1
Convivium	18	13	1		2		2	1		37	52	
Lysis	7	5	3				2			17	20	3
Phædrus	16	17	5	1	2	2	4			47	53	
Theætetus	40	39	3	4			7	1		94	69	4
Parmenides	13	3	2	4						22	40	
Philebus	8	52	3	2		1	2			68	57	10
Sophistes	13	55	1				4		3	76	53	12
Politicus	7	46	2				1			56	55	8
	321	494	90	39	33	11	59	7	5	1059		75

Quodsi has tabellas inspicimus, has res maxime notandas invenimus:

1) In aliis dialogis relationem particulæ *μέντοι*, quod ad frequentem usum pertinet, ad particulam *τοίνυν* aliam esse.

2) Hoc eo procedere, ut in libris octavo Reipublicæ, quinto, octavo, undecimo Legum *μέντοι* omnino non exstet.

3) Particulam *τοί* cum aliis particulis modo magis modo minus varie coniungi, ut in Timæo et Critia una tantum, in Legum primo, quinto, sexto, undecimo, duodecimo libro duæ, in octavo Reipublicæ atque octavo et nono Legum tres tantum coniunctiones reperiantur, contra in Gorgia octo.

4) In quibusdam dialogis in una pagina Stephaniana unum vel pæne duo τοὶ reperiri, in aliis (Resp. VIII; Legg. I, II, III, VI, VIII, IX) in duabus paginis vix unum. Rarissime invenitur in Legg. XII (5: 29), XI (3: 26), V (2: 22), Critia (1: 16), Timæo (1: 76).

Qua diversitate constituta primum nobis res erit cum tribus illis dialogis, quos primos posui. Ea quæ Dittenberger affert, ut rationem, qua in iis μήν usurpatum est, excuset, admittemus in Apologia, correctrice usi nostra tabella; nam cum hic genere dicendi iudiciali poëta utatur, quod certe μήν non adamat, in hanc rem optime quadrat frequentissimus pro aliis dialogis usus particulæ καίτοι. Longe aliter res comparata est in Critia et Timæo. Neque enim intellegitur, cur scriptor, qui particula τοὶ et in narratione et in descriptione et in conclusione et in argumentando sæpe utatur, subito in his dialogis animum induxerit eam neglegere, cum οὖν, quod eandem et notionem et vim et usurpationem habet quam τοίνυν, sæpe exhibeatur: nisi si sumimus, inter tempus, quo hi, et illud, quo ceteri dialogi confecti sint, tantum temporis spatium intercessisse, quo fieri potuit, ut genus dicendi in hunc modum mutaretur. Addam quæ in perlegendo Timæo et Critia me in hac opinione confirmaverunt: ἅπαξ λεγόμενα ex Timæo: κάρτα 25 d. ἕλιξ 39 a et Tim. Locr. 97 c. ὀνείρωξις 52 c. τιθήνη 49 a, 52 d, 58 d et Tim. Locr. 94 a. σφίγγω 58 a. πίλησις 58 b, 76 c (alia notione indutum idem exstat Legg. VIII 849 c). πλάστιγξ 63 b et Resp. VIII 550 e. μεριστός 35 a et Tim. Locr. 94 a, 95 c et Parm. 131 c, 144 d. ἅπαξ λεγόμενα ex Critia; ἀγχιβαθής 111 a. ἐρέψιμος 111 c. εὐκρας 112 d. εὐμαρῶς 113 e et Legg. IV 706 b. δυςθησαύριστος 115 b. ἀκρόδυον 115 b. κατάβορρος ἀπὸ τῶν ἄρκτων 118 b.

His duobus dialogis proximi, quod ad genus dicendi pertinet, sunt Legum liber quintus et liber undecimus, qui cum a ceteris dialogis eo differant, quod τοὶ rarissime, μέντοι vero omnino non invenitur, ab iis quos tertiæ classi attribuit Dittenberger ea de causa distinguendi sunt, quod cum μῶν in his persæpe obvium fiat, in illis nusquam exhibetur. Medium inter hos et illos tertiæ classis quam Dittenberger statuit dialogos (Parmenides, Philebus, Politicus, Sophista) locum tenent Legum libri XII, VI, I, II, III, IX, X, in quibus quidem μέντοι reperitur sed τοὶ omnino raro occurrit, si comparatur quam sæpe in ceteris

exstet, neque tam varie cum aliis particulis coniungitur. Inter hos et illos, quos supra commemoravi, potissimum ponendi sunt Legg. VIII et Resp. VIII, quippe qui quamquam nullum *μέντοι* tamen non ita raro alias particulæ *τοὶ* coniunctiones præstent. Contra Legg. IV et VII pæne simile genus dicendi habent ac Politicus, Philebus, Sophista, ita ut facile intellegi possit, quibus in rebus sermo ab Philebo et Timæo paullum convertatur ac mutetur.

Qua in re non nimis dissentio a Frederkingio, qui hanc seriem dialogorum constituit, nisus *τὲ* particula: Timæus, Critias, Leges (VI, X, XII, dein ceteri, ultimus II, quo in ordine singulorum librorum non congruimus), Phædrus, Politicus, Sophista, Philebus, Lysis, Respublica (de singulis libris nihil dicit, nisi primum a ceteris disiungendum esse), Theætetus.

Quod ad usum particulæ *τοὶ* attinet, Leges hoc ab ceteris differunt: *μέν τοι—δή* (IV 704 d, VIII 842 a), *γέ τοι* in enuntiato relativo (X 901 a), *γέ τοί που* (X 888 e), *τοίνυν* sexto enuntiati loco positum (II 666 c), *τοίνυν* falso enuntiati loco (IV 715 e, VI 772 e), *οὖν μῶν* (I 639 d), *μῶν ἄρα* (X 895 c); *οὐ μέντοι*, *μέντοι* in interrogationibus, *ἀλλὰ μέντοι* non exstant, cuius rei quandam explicationem habemus in frequentia particulæ *μήν*.

Quodsi ad tertiam Dittenbergeri classem transimus, ei propria est frequentia particulæ *μῶν*; præterea *τοίνυν*, si eius usurpatio cum *μέντοι* comparatur, persæpe exhibetur et pro *τοιγάρτοι* ceterorum *τοιγαροῦν* neque *γάρτοι* reperitur (exceptis Legum libris IV et VII). De Parmenide autem iam suo iure Dittenberger dubitationem movit (pag. 323), quam Frederkingii et mea quæstio confirmant. Nam cum ille frequentia particulæ *μήν* lege usus eum tertiæ classi inserere deberet, Frederking singulari illo particulæ *τὲ* usu commotus eum cum Gorgia, Protagora, ceteris primæ classis arcte coniunxit; nostram autem tabellam secutis nobis ne cum his quidem eum componere licet; nam deest ei *τοὶ* per se positum, quod in omnibus ceteris dialogis invenitur præter Critiam, quosdam Legum libros et Apologiam; quam quod *τοὶ* deficiat, non mirandum est, cum omnino *τοὶ* a genere oratorio alienum sit; relatio autem particulæ *μέντοι* ad *τοίνυν* (13: 3) ea est, quæ tantum superetur Apologia (14: 2); quam si normam sequimur, ei primum in dialogis locum demus necesse est, id quod minime

quadrat et in id quod Dittenberger quæstione sua perfecit et omnino in tenorem atque argumentum dialogi.

Præterea hi tertiæ classis dialogi nonnulla habent, quibus ab aliis differant. Primum incuriosius agunt, quod ad positionem particularum pertinet (vide pag. 36 e. q. s.); præterea: *πρῶτον τοίνυν* pro *πρῶτον μὲν τοίνυν* ceterorum Pol. 283 c; *καὶ τοίνυν* et *καὶ τοίνυν καί* (pag. 34); *οὐ–τοίνυν* (pag. 36); *δὴ τοίνυν* (pag. 36); *ἔτι δὴ τοίνυν* (pag. 34); *μὲν τοίνυν ἔτι* (pag. 34); *μῶν οὐ, μῶν οὖν, μῶν οὖν οὐ* (pag. 40).

Iam cum in his tribus dialogis (Sophista, Politico, Philebo) coniungendis mea dissertatio cum Dittenbergeri et Frederkingii quæstionibus congruat et nos satis causarum affere videamur, cur de Parmenide dubitetur, minus consentimus, quod ad ceteros attinet. Nam cum Frederking cum Dittenbergero concordet, cum Lysidem et Theætetum similiorem his tribus dictionem quam ceteris dialogis exhibere dicat, id ex particulæ *τοὶ* usu effici non potest; immo si comparato numero quo exstat *μέντοι* et quo *τοίνυν* ordinem quendam mihi comparare velim, ea quæ mihi certissima norma visa est, esset hæc, insertis singulis Reipublicæ libris: (Parmenides) Apologia, Reipublicæ I, Hippias, Euthydemus, Protagoras, Gorgias, Phædo, Lysis, Symposion, Reipublicæ II et III, Laches, Euthyphron, Theætetus. — Phædrus, Reipublicæ IV, IX, X, Cratylus, Charmides, Reipublicæ V, VI, VII, Meno, Crito. — Sophistes, Philebus, Politicus, Legum IV, VII. — Legum X, IX, I, II, III, VI, XII; Legum VIII, Reipublicæ VIII. — Legum l. XI, V, Critias, Timæus.

Hunc ordinem ut mordicus teneam longe absum; sed eum proposui, ut probarem, illam diversitatem generis dicendi, quam tantopere premit Dittenberger, non exstare in usurpatione nostræ particulæ. Quare dubito num recte Dittenberger dixerit, magnum intervallum temporis intercessisse inter primam et duas ceteras classes, quo intervallo Plato primum iter in Siciliam fecisset. Nam genus dicendi non plane commutatur ex ultimo primæ classis dialogo ad primum secundæ, sed exstat manifesta transitio etiam in usu particulæ *μήν* et in diversis Reipublicæ libris et in Convivio atque Lyside.

Qua in re, quod quidem ad dialogos pertinet, quos Platonem ætate provectum conscripsisse censeo, eandem sententiam habet vir doctissimus H. Siebeck; qui dialogos in duas classes dispertitus,

quæ intervallo viginti annorum inter se distant, cum primæ Socraticos quos dicunt dialogos Lachetem, Protagoram, Gorgiam, Phædrum (post annum 390 conscriptum), Menonem, Phædonem, Reipublicæ quosdam libros, sed etiam hos diversis temporibus adscriptos, Convivium (circa annum 385), Menexenum (c. 387) inseruerit, secundæ Theætetum, quem post annum 365 confectum Bergk contendit, Sophistam, Politicum, Philebum, Parmenidem, hoc temporis spatio confectos esse arbitratur Reipublicæ librum X, Cratylum, Euthydemum; præcipuum et maximum opus secundæ classis esse Reipublicæ libros IV 19—IX; et eo tempore, quod intercedat inter hos et Timæum compositum, scriptorem Leges componere cœpisse.

Restat illa disceptatio, a qua orsus Dittenberger quæstionem suam instituit, cui tempori Phædrus adscribendus sit; qua in re Dittenbergerum et Siebeckium sequor, censentes, Phædrum tum editum esse, cum Plato medio in scribendi studio versaretur; qua cum sententia optime convenit, quod Siebeck eum post Isocratis orationem contra sophistas conscriptum esse dicit, quam post annum 390 habitam esse Usener contendit. Contra Frederking eum eodem tempore quo Legum libros confectum esse putat.

Omnino credo, una aut altera particula nisum neminem tam graves conclusiones, quales efficit Dittenberger, efficere debere. Certe in hac linguæ parte, ubi scriptor quasi sui non conscius scribit et genus dicendi commutat, talis quæstio optime ponitur; sed certi quid tum tantum effici potest, cum omnia comparata sunt, ita ut exponi possit, qua lege et in quibus locutionibus in singulis dialogis exempli gratia *τοίνυν* cum *οὖν*, *μέντοι* cum *μήν* mutetur. Quare quamquam hoc opus non per se stare posse puto, sed partem tantum esse maioris illius quod significavi operis, hunc tamen eius fructum habeo, me demonstravisse:

1) singulos Reipublicæ et Legum libros diversis temporibus conscriptos esse,

2) de Parmenide dubitari posse, num genuinus sit,

3) ex Sophista, Philebo, Politico, qui lingua inter se simillimi sunt, transitionem et commutationem generis dicendi statui posse quæ fiat per diversos Legum libros usque ad Timæum et Critiam.

Iam transeamus ad ceteros huius temporis scriptores orationis pedestris et videamus, num simile quid in iis statuendum sit, ordientes a *Xenophonte*, quem potissimum comparandum esse putat Dittenberger.

	μέντοι	τοίνυν	καίτοι	γάρτοι	τοί	ἤτοι	τοιγαροῦν	οὔτοι	summa	§§
Resp. Athen.	4	5			2				11	53
Apologia	7		1		1				9	34
Agesilaus	14	4	3				5		26	136
Hellen. I—II, 3, 10	2	1							3	260
Hellen. VII, 2	1	1							2	23
Cynegeticus	2								2	215
Oeconomicus	29	21	2	4	11				67	396
Memorabilia	26	22	13	5	14	2	2	1	85	608
Hiero	6	8	1		2				17	153
Convivium	20	14	2	2	3			2	43	196
Resp. Lacedæm.	11	6			1		2		20	115
Anabasis	57	29	5		6		5	1	103	1469
Hellen. II 3,11—V 1	81	9	6	2	3				101	434
Hipparchicus	15	6							21	138
Cyropædia	123	56	6	7	15	1	3	4	215	1380
Hell.V,2-VII1.VII,3-5	110	3	5				1		119	428
Vectigalia	6	2							8	97
Res equestris	15	9							24	154

Hac in tabula hanc sententiam secutus sum, quam proposuit Dittenberger (pag. 331) i. e. prima duo opera iuventuti Xenophontis, sequentia mediæ ætati, quæ tertiam classem efficiunt, senectuti attribuenda esse — quæ quidem sententia a Frederkingio in dubium vocatur — correctore tamen usus Adalberto Roquette, qui (de Xenophontis vita diss.) eo a Dittenbergero differt, quod Lacedæmoniorum Rempublicam ante Anabasin et Hellenicorum partem alteram scriptam vult et Hipparchicum ante Cyropædiam, Agesilaum autem et Apologiam subditicios libros esse iudicat; deinde primæ classi inserui Hell. VII 2, secutus observationes viri doctissimi Hermanni Sauppii, quas in medium protulit Göttinger Nachr. 1882 p. 297 ss., qui cum aliis causis tum usurpatione particulæ *μέντοι* probat caput alterum libri septimi vetustius esse quam cetera quibus insertum est capita.

Iam videmus Xenophontem in libris eiusdem argumenti et eiusdem ætatis ut in Anabasi et Hellenicorum parte altera valde varie particula τοὶ uti, ita ut in illa in quaternis denis paragraphis, in hac in quaternis unum τοὶ exstet, qua re clarum fit, diversos libros non eadem diligentia perfectos et elimatos esse. Præterea nullius momenti est conferre numerum quo μέντοι cum eo quo τοίνυν reperitur: sed aliis rebus hæ tres classes inter se differunt: prima classis a ceteris distinguitur, quod in ea cum tantum μέντοι et τοίνυν reperiuntur, tum hæc tam raro, ut in centenis octonis (Cyneg.) et in octogenis senis (Hell. I—II, 3, 10) et in duodenis (Hell. VII, 2) unum μέντοι vel τοίνυν exstet. In duabus ceteris classibus usus est crebrior, sed ita ut in libris, qui ad mediam ætatem referuntur, variæ coniunctiones exstent, in tertiæ classis libris nec γάρτοι neque ἤτοι neque οὔτοι nec τοὶ reperiatur, raro modo καίτοι, quæ siccitas generis dicendi cum eis, quæ in Platone statuimus, congruit. Singularem usum exhibet Apologia, in qua pro dicendi genere plura τοίνυν et καίτοι exspectamus. Etiam aliis rebus atque usurpatione particulæ τοὶ eos, qui juventuti Xenophontis attribuuntur libri, a posterioribus differe pulcherrime videbis, si locum Hell. IV, 3, 3—21 comparabis cum Agesil. II, 6—16, quorum alter ex priore excriptus est: semper pro Hellenicorum ἀκολουθεῖν et περί invenies ἕπεσθαι et ἀμφί in Agesilao videbisque pro verbis simplicibus illorum Agesilaum composita adamare. Quæ num omnino ita se habeant investigare alterius operis erit.

Iam si ad oratores transimus, hoc lucri habebimus, tempora quibus singulæ orationes scriptæ sunt, nobis plerumque cognita esse.

Incipiamus ab *Andocide:*

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίτοι	ἤτοι	τοὶ	τοιγάρτοι	summa	§§
II	409	8	5	1	1			15	26
I	399	20	3	5		1	2	31	150
III	390	9		1				10	41

Frequentia particulæ varia est, maior in prima minor in secunda oratione. μέντοι in ultima oratione non exstat, ἤτοι in prima tantum; maxime varias coniunctiones exhibet media, sed ex his tribus orationibus certi nihil concludi potest. Transeamus igitur ad *Lysiam:* primum indicem proponam earum orationum, quarum tempus notum est.

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίτοι	γάρτοι	τοιγάρ-τοι	τοί	summa	§§
II	387	1		1	5			7	81
XX*	ante 404	1		7				8	36
XII	post 403	7	4	7				18	100
XXXIV	403			1				1	11
XXV	403/2	7		3				10	35
XXI	402	1	1	2				4	25
XXXII	401	4	1	4				9	29
XXIV	post 403	3		3				6	27
XIV	403—395	5	1	5				11	47
XIII	401	18	4	7				29	97
XXX	399	11		3	1			15	35
XVII	398	1		1				2	10
XVIII	397	4		3				7	27
VII	397	13	1	8				22	43
XVI	394/0	6	1	5				12	21
III	393	5		4				9	48
XXVIII	390	1		3				4	17
XXVII	392/87	3		4	1			8	16
XXIX	389			3				3	14
XXXIII	388	1						1	9
XIX	388/7	12		2				14	64
X	384	4		1				5	32
XXVI	383			1		1		2	24

Sequitur index earum orationum, quæ quo tempore habitae sint incertum est.

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίται	γάρτοι	τοιγάρ-τοι	τοί	summa	§§
IX			1					1	22
XI				2				2	12
VI*		1	1	9			1	12	55
XXIII		3	1	1				5	16
XXI		6	3	3		1		13	34
I		5		3				8	50
IV		1		1				2	20
V				1				1	5
VIII*		1		3			1	5	20
XV		2		1				3	12
XXII		4		3				7	22

Primas posui II, IX, XI, quæ spuriæ habentur. Stellula adscripta (*) eas notavi orationes, quæ num genuinæ sint dubitatur.

Hic iam id, quod in Platone constituimus, *μέντοι* particulam posterioribus temporibus rarius usurpari optime probatur. Nam sane casu factum esse non potest, quod post annum trecentesimum nonagesimum tertium nullum *μέντοι* exstet, antea autem in omni oratione maioris ambitus unum vel plura reperiantur; qua ex re etiam intellegitur, cur tertiæ Andocidis orationi *μέντοι* desit. Quodsi ex illis, quarum tempus notum est, orationibus de ceteris coniecturam facimus, dicemus, eas in quibus *μέντοι* inveniatur ante illum quem statuimus limitem scriptas esse, sed cave dicas ceteras post; nam in iis, quæ antea scripta sunt, sunt qui *μέντοι* non exhibeant. Quod ad illas orationes pertinet, quas suspectas aut spurias esse viri docti voluerunt, argumenta talis suspicionis ex hac tabella sumi possunt: solum in sexta et octava oratione exstat *τοὶ*; secunda quinque *γάρτοι* exhibet, cum in omnibus ceteris duo tantum inveniantur, sexta et cum illa vicesima crebriore usu particulæ *καίτοι* differunt a ceteris et in nona solum *μέντοι* reperitur, quod certe vix in genus dicendi Lysianum quadrat.

Transeamus ad *Isæum*:

	annus	τοίνυν	καίτοι	μέντοι	δέ τοι	summa	§§
V	389	6	5	1		12	47
X	378	2	1	3		6	26
IX	371	11	1	3		15	37
VI	363	10	6			16	65
II	360/54	5	2			7	47
XI	359/8	4	3	3	1	11	50
VIII	363	10	5			15	46
VII	353	5	3			8	45
III	350	10	3			13	80
XII	343	6	1			7	12
I	?	8	4			12	51
IV	?			1		1	31

Particula *μέντοι* in tribus primis et in undecima oratione exstat, quæ quidem oratio etiam aliis rebus notatu digna est, nempe quod *τοίνυν* rarissime, *δέ τοι* vero in sola illa reperitur; quod autem in quarta unum solum *μέντοι* exhibetur, hoc eodem valet quod supra dixi in Lysiæ nona, id minus in genus dicendi oratorum quadrare. Notanda est porro oratio duodecima, quod hic in duo-

decim paragraphis sexies *τοίνυν* exstat, quod in nulla alia fit; accedit quod in duodecim paragraphis orator ter decies iudices alloquitur verbis *ὦ ἄνδρες δικασταί*, quod certe boni oratoris, qualem Isæus se præbet, non est.

In Isocrate et Demosthene nihil inveni, quo argumento utar ad ea demonstranda, quæ in Platone proposui; nam non omnibus orationibus eandem operam eademque studia navaverunt, ita ut certa ratio distingui nequeat, qua genus dicendi commutatum sit. Id tantum pro certo proponi potest, in orationibus iudicialibus privatis coniunctiones, in quibus *τοὶ* invenitur, non tam varias esse quam in ceteris (inter Isocratis orationes iudiciales privatæ sunt XVI—XXI). In illis enim usus particulæ cum simplicior tum crebrior est, quippe quæ plerumque non eadem diligentia perfectæ atque elimatæ sint. Singularis est usurpatio in Isocratis prima et decima oratione: nam cum nullum *τοίνυν* tum aliæ coniunctiones particulæ perraro exhibentur; sed etiam hic ut in Platone negandum est, ex una tantum particula certi quidquam effici posse.

Isocratis orationes:

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίτοι	ἤτοι	γάρτοι	τοιγάρ-οὖν	τοιγάρ-τοι	summa	§§
XXI	402	2		2					4	21
XX	399	2		2					4	22
XVIII	399	3		8					11	68
XVI	397	2		3					5	49
XIII	393	1		1					2	22
XVII	392	8		10					18	58
XIX	390	4	3	8					15	51
XI	391/83	1		5			2		8	50
IV	380	8		15			2		25	189
II	376	1				1			2	54
III	376	3		4					7	64
XIV	373	1		4					5	63
IX	370	1	1	2					4	81
VIII	356/5	3		8		1			12	145
VII	355/4	2		4		3	1	1	11	84
VI	356/1	3		5					8	111
XV	353	16	3	23	1	1	1	1	46	323
V	346	9	2	7		1			19	155
XII	342	9		8					17	272
X	?		1						1	52
spuria I	?			1		1			2	69

Demosthenis orationes publicæ:

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίτοι	γάρτοι	ἤτοι	τοιγαροῦν	τοιγάρτοι	οὔτοι	τοί	summa	§§
XXII	355	27	2	4		1					34	78
XX	354	63	4	7	2						76	167
XIV	354	7	2								9	41
XXIV	353/2	46	2	21	1						71	218
XXIII	352	62	3	14	4			1			84	220
IV	352/1	7	5	2	1		1		1	1	18	51
XV	351/0	4	2	1							7	35
I	349/8	3	1								4	35
II	349/8	2	1	1							4	28
III	349/8	4	1	1					1		7	31
XXI	347	60	9	14							83	227
V	346	5		1							6	25
VI	344	2		1							3	37
XIX	344	110	12	23	4						149	343
VIII	341	10	6	1				1			18	77
IX	341	5	3	7	2					1	18	76
XVIII	330	64	12	24	1		2				103	324

Demosthenis orationes iudiciales privatæ:

	annus	τοίνυν	μέντοι	καίτοι	γάρτοι	summa	§§
XXVII	363	21		8		29	69
XXVIII	363			1		1	24
XXIX	363/2	22		9		31	60
XXX	362/1	12	1	3		16	39
XXXI	362/1	4		2		6	14
LI	359	12		5	2	19	22
XLI	?	9	1	3		13	30
LV	?	6	1	9		16	35
LIV	356/5	12		1		13	44
XXXVI	350/49	22	2	9		33	62
XLV	349	24	3	7		34	88
XLVI	349	17		1		18	28
XXXIX	348	14		4		18	41
XXXVII	346/5	12	2	2		16	60
XXXVIII	?	12	1			13	28
LVII	346/5	25	1	5		31	70

Ita ex scriptoribus prosariis eiusdem temporis, quo Plato scripsit, hoc me effecisse puto, Xenophontem, Andocidem, Isæum, Lysiam, quodammodo similes dictionis commutationes præbere atque Platonem, et in Isocrate et Demosthene, quamquam observato ordine temporum nihil eiusmodi concludi possit, tamen intellegi posse, in diversis orationum generibus diversa scribendi genera exhiberi, ita ut præclare eluceat, illam viam, quam Dittenberger et Frederking ingressi sunt, rectam esse et eam, quæ ad certum finem ducat.

VITA.

Ego Ferdinandus Kugler natus sum Basileæ a. d. IV kal. mart. anni 1861, parentibus Joanne et Esther e gente Amsler. Postquam scholam publicam, gymnasium, pædagogium absolvi Basileæ, maturitatis testimonio munitus ad literarum universitatem Basileensem transii, ubi antiquis linguis et philosophiæ operam studiumque navavi. Audivi viros illustrissimos J. Burckhardt, Misteli, Siebeck, Volkelt, Bolliger, quibus gratam memoriam semper servabo; præcipuam autem gratiam debeo viris doctissimis J. A. Mæhly et J. Wackernagel, qui seminario philologico præsunt. Autumno anni 1881 Berolinum me contuli, ut ibi per sex menses lucri quid acciperem ex scholis virorum clarorum Vahlen et Kirchhoff, quibus hoc loco gratias ago.